

www.e-rara.ch

Biblia Veteris ac Novi Testamenti

Pagnini, Sante

Basileae, 1564

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Primus Regum liber: vulgo Tertius Regum, [...]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Primus Regum liber : vulgò Tertius
Regum, Hebraicè מלכים

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

CAPVT I.

2 *Seni Dauidi frigidus datur Abisag puella, quæ eum iacentem calefaciat. 5 Adonias in scio patre, sine Dei verbo occupat regnum, immolatis victimis. 11 Consilio Nathan, Beth-sabee indicat Dauidi Adoniam regnare. 28 Dauid præcipit Salomonem vngi in Regem super Iudam & Israël. 38 Salomon vngitur in Regem. 41 Fugit Adonias, audiens Salomonem vinctum in Regem.*

1 **D**ixitque Nathan ad Bath-sabee matrem Salomoh in hunc modum, Nonne audisti quod regnet Adonias filius Hagith, & dominus noster Dauid nescit?

2 Nunc igitur veni, & dabo tibi nunc consiliu, & erue animam tuam, atque animam filij tui Salomoh.

3 Vade, & ingredere ad regem Dauidem, & dicas ei, Nonne tu domine mi Rex, iurasti ancillæ tuæ, his verbis, Salomoh filius tuus regnaturus est post me, ipseque sedebit super solium meum? cur ergo regnat Adonias?

4 Ecce, te adhuc loquente ibi cum Rege, veniam post te, & complebo sermones tuos.

5 Ingressa est itaque Bath-sabee ad Regem in conclave: Rex autem senuerat valde, & Abisag Sunamithis ministrabat Regi.

6 Inclinauit ergo se Bath-sabee, & adorauit Regem: dixitque Rex, Quid est tibi?

7 Illa respondit, Domine mi, tu iurasti per Iehouam Deum tuum ancillæ tuæ, Salomoh filius tuus regnabit post me, ipseque sedebit super solium meum.

8 Et nunc en Adonias regnat, tu verò nunc domine mi Rex ignoras.

9 Immolauit enim boues & pingua, & pecudes in multitudine, inuitauitque omnes filios Regis, & Ebiathar sacerdotem, ac Ioab principem exercitus: Salomoh autem seruum tuum non inuitauit.

10 Tu autem domine mi Rex, nosti quod oculi totius Israël super te sunt, vt indices eis quis sessurus sit super solium domini mei Regis post ipsum:

11 Alioqui futurum est, quum dormierit dominus meus Rex cum patribus suis, vt & ego & filius meus Salomoh simus peccatores.

12 Ecce autem adhuc ea loquente cum Rege, Nathan propheta venit.

13 Et nuntiauerunt Regi, dicendo, Ecce Nathan propheta. Et ingressus ante Regem, incurauit se Regi super faciem suam super terram.

14 Atque Nathan, Domine mi Rex, tunc dixisti Adonias regnabit post me, ipseque sedebit super solium meum?

15 Descendit enim hodie, & immolauit boues & pingua, & pecudes in multitudine, inuitauitque omnes filios Regis, ac principes exercitus, atque Ebiathar sacerdotem: & ecce ipsi comedunt & bibunt coram eo, iamque dixerunt, Viuat Rex Adonias.

16 Me autem qui sum seruus tuus, & Sadoc sacerdotem, & Benaiahu filium Iehoiaday, & Salomoh seruum tuum non inuitauit.

17 An à domino meo Rege facta esset res ista, & non indicasses seruo tuo quis sessurus esset super solium domini mei Regis post eum?

18 Et respondens rex Dauid, ait, Vocate mihi Bath-sabee. Quæ ingressa in conspectu Regis, stetit coram Rege.

19 Et iurauit Rex, dicens, Viuit Iehouah qui redemit animam meam de omni angustia,

20 Quod quemadmodum iuravi tibi per Iehouam Deum Israël, dicendo quod filius tuus Salomoh regnaturus esset post me, ita ipse sedebit super solium meum pro me, quod inquam sic faciam hodie.

21 Et inclinauit se Bath-sabee in faciem super terram, incurauitque se regi, ac dixit, Viuat dominus meus rex Dauid in æternum.

22 Dixit autem rex Dauid, Vocate ad me Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Benaiahu filium Iehoiaday. Qui ingressi sunt ante Regem.

23 Et dixit eis Rex, Capite vobiscum seruos

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

- domini vestri, & federe facite v̄Selomóh filium meum super mulam quæ est mihi, & deducite eum in Ginhón:
- 34 Et vnget eū ibi v̄Sadóc sacerdos & Nathán propheta in Regem super Iŵfraxelem: post hæc clangetis buccina, atq; dicetis, Viuat rex v̄Selomóh.
- 35 Atque ascendetis illinc post eum, & veniens sedebit super solium meum, ipseque regnabit pro me: nam illi iam præcepi vt sit dux super Iŵfraxelem & super Iehudáh.
- 36 Respondit autem Benaiáhu filius Iehoiadáy Regi, & dixit, Amen: sic dicat Iehouáh Deus domini mei Regis.
- 37 Quemadmodum fuit Iehouáh cum domino meo Rege, ita sit cum v̄Selomóh, magnificetque solium eius plus quàm solium domini mei regis Dauidis.
- 38 Descendit ergo v̄Sadóc sacerdos, & Nathán propheta, & Benaiáhu filius Iehoiadáy, Cherethæi quoque & Pelethæi: & federe fecerunt v̄Selomóh super mulam regis Dauidis, deduxeruntque eum in Ginhón.
- 39 Tulit insuper v̄Sadóc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit v̄Selomóh: post hæc clangent buccina, dixeruntque vniuersus populus, Viuat rex v̄Selomóh.
- F 40 Et ascendit vniuersus populus post eum, atque is populus canebat tibiis, ac lætabatur gaudio magno, ita vt rumperetur terra à voce eorum.
- 41 Audiens autem Adonijáhu, & omnes inuitati qui erant cum eo, (ipsi autem finierant comedere) audiens item Ioáb sonitum buccinæ, dixit, Cur vox fit ciuitatis tumultuantis?
- 42 Adhuc eo loquente, ecce Ionathán filius v̄Ebiathár sacerdotis venit: cui dixit Adonijáhu, Ingredere, quia vir fortis es, & bonum renuntiabis.
- 43 Respondens autem Ionathán, dixit ad Adonijáhu, Profecto dominus noster rex Dauid constituit regem v̄Selomóh.
- 44 Misitque cum eo Rex ipsum v̄Sadóc sacerdotem, & Nathán prophetam, & Benaiáhu filium Iehoiadáy, sed & Cherethæos & Pelethæos, & federe fecerunt eum super mulam regiam.
- 45 Præterea vnixerunt eum v̄Sadóc sacerdos & Nathán propheta in Regem in Ginhón: & ascenderunt illinc lætantes, & tumultuauit ciuitas: iste est sonitus quem audistis.
- 46 Atque etiam sedit v̄Selomóh super solium regni.
- 47 Quinetiam venerunt serui Regis ad benedicendum domino nostro regi Dauid, dicentes, Beneficiat Deus nomini v̄Selomóh plus quàm nomini tuo, & magnificet solium eius plus quàm solium tuum. Et incuruauit se Rex super lectum.
- G 48 Et etiam sic dixit Rex, Benedictus Iehouáh Deus Iŵfraxelis qui dedit hodie sedentem super thronum meum, me vidente.
- 49 Illi verò territi sunt, & surrexerunt omnes inuitati qui erant cum Adonijáhu, atq; abierunt singuli in viam suam.
- 50 Porro Adonijáhu timens sibi à facie v̄Selomóh, surrexit, & abiit, tenuitque cornua altaris.
- 51 Nuntiarum est autem v̄Selomóh his verbis, Ecce Adonijáhu timens regem v̄Selomóh,

ecce inquam apprehendit cornua altaris, dicens, Iuret mihi hodie rex v̄Selomóh quòd non interficiet seruum suum gladio.

- 52 Et dixit v̄Selomóh, Si fuerit filius virtutis, non cadet de capillis eius super terram: si verò malum deprehensum fuerit in eo, morietur.
- 53 Misit itaque Rex v̄Selomóh, & abduxerunt eum ab altari: & veniens incuruauit se regi v̄Selomóh: dixitque v̄Selomóh, Vade in domum tuam.

CAPVT II.

1 Præcepta dat Dauid filio Salomoni. 5 Ioab occidi præcipit. 7 Bezellai filij reddi gratiam iubet. 8 Semei occidi præcipit. 10 Moritur Dauid. 13 Adonias petit Abisag in vxore. 25 Occiditur Adonias. 26 Abiathar priuatur sacerdotio. 28 Interficiuntur Ioab. 36 Semei interficitur.

1 **A**ppropinquauerunt autem dies Dauidis vt moreretur, præcepitque ipsi v̄Selomóh filio suo, dicendo,

2 Ego abeo per viam vniuersæ terræ: confortare, & esto vir.

3 Et custodi custodiam Iehouæ, vt ambules in viis eius, vt custodias decreta eius, præcepta eius, & iudicia eius, atque testimonia eius, sicut scriptum est in Lege Moŵséh, vt prospera reddas quæcunque feceris & omnia ad quæ te verteris:

4 Vt confirmet Iehouáh verbum suum quod loquutus est mihi, dicendo, Si custodierint filij tui viam suam, ambulando coram me in veritate, in toto corde suo, & in tota anima sua, dicendo inquam, Non abscinderur tibi vir de folio Iŵfraxél.

5 Et etiam tu nosti quæ fecit mihi Ioáb filius v̄Seruiáh, id est quæ fecit duobus principibus exercituum Iŵfraxél, Abnér filio Nér, & v̄Amasá filio Iethér, quos occidit, & posuit sanguines belli in pace: posuit inquam sanguines belli in balneo suo qui erat in lumbis suis, & in calceamento suo quod erat in pedibus suis.

6 Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacifice ad sepulchrum.

7 Filiis autem Barzillái Gilyaditæ facies misericordiam, & sint inter conuiuas mensæ tuæ: quia sic accesserunt ad me dum fugerem à facie Abŵsalóm fratris tui. f. 31

8 Ecce præterea tecum est v̄Simyí filius Gerá filij Iemini de Banhurim, & ipse maledixit mihi maledictione vehemèti eo die quo ibam in Manhanáim: at ipse tamen descendit in occursum mei ad Iardén, & iurauit ei per Iehouá, dicendo, Non te interficiam gladio.

9 Nunc autem ne innocentem dimittas eum: & quum sis vir prudens, nosti quæ facturus sis, vt deducas canitiem eius cum sanguine ad sepulchrum.

10 Dormiuit itaque Dauid cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauidis. Act. 2. c. 39, c. 13. c. 36

11 Dies autem quibus regnauit Dauid super Iŵfraxelem, fuere quadraginta anni: in n̄Hebrón regnauit septé annis, & in Ierušaláim regnauit triginta tribus annis.

12 v̄Selomóh igitur sedit super solium Dauidis patris sui, & firmatū est regnū eius valde. 1. Pd. 29. f. 23

13 Venit autem Adonijáhu filius n̄Haggith ad Bath-ŵsébay matrem v̄Selomóh: & illa dixit, Pacificusne est ingressus tuus? Qui respondit, Pacificus. C

14 Præterea ait, Verbum mihi est ad te. Ipsa dixit, Loquere.

15 Tum dixit ille, Tu nosti quod meum erat regnum, & super me posuerat vniuersus Iſrahel faciem suam, vt regnarem: sed tralatum est regnum, fuitq; fratris mei: à Iehoua enim fuit ipſius.

16 Nunc autem petitionem vnam ego postulo abs te, ne reuerti facias faciem meam. Illa dixit ei, Loquere.

17 Et ille ait, Dic obsecro ꝓ Selomóh regi (non enim reuerti faciet faciem tuam) vt det mihi Abiſág ꝓ Sunamithidem in vxorem.

18 Respondit Bath-ſebáy, Bene ego loquar pro te ad Regem.

19 Venit itaque Bath-ſebáy ad regem ꝓ Selomóh vt loqueretur ei pro Adoniháhu: & aſſurrexit Rex in occurſum eius: qui quum incuruaſſet se illi, ſedit super ſolum suum, & posuit ſolum matri ſuæ: quæ ſedit ad dexteram eius.

D 20 Illa ait, Petitionem vnam paruam ego peto à te, ne reuerti facias faciem meam. Dixitque ei Rex, Pete mater mea: non enim reuerti faciam faciem tuam.

21 Quæ dixit, Detur Abiſág ꝓ Sunamithis ipſi Adoniháhu fratri tuo in vxorem.

22 Tunc respondit rex ꝓ Selomóh, ac dixit matri ſuæ, Sed quare tu postulas Abiſág ꝓ Sunamithidem pro Adoniháhu? postula pro eo regnũ. ipſe enim frater meus maior natu me est, & illi est ꝓ Ebiathár ſacerdos & Ioáb filius ꝓ Seruiáh.

23 Et iurauit rex ꝓ Selomóh per Iehouam, dicendo, Sic faciat mihi Deus, & ſic addat, quod contra animam suam loquutus est Adoniháhu verbum hoc.

24 Nunc igitur viuit Iehouáh qui confirmauit me, atque ſedere fecit me super thronum Dauidis patris mei, & qui fecit mihi domũ ſicut dixerat, quod hodie interficietur Adoniháhu.

25 Miſit ergo rex ꝓ Selomóh per manum Benaiáhu filij Iehoiadáy, & irruit in eum, mortuusque eſt.

E 26 Et ad ꝓ Ebiathár ſacerdotem dixit Rex, It ꝓ Anathóth vade ad agros tuos, quia vir mortis es: verũ hodie non interficiam te, quia portasti arcam Domini Iehouæ ante Dauidem patrem meum: deinde quia afflictuſ fuiſti in omnibus in quibus afflictuſ fuit pater meus.

1. Reg. 2. f. 31 27 Et eiecit ꝓ Selomóh ꝓ Ebiathár ne eſſet ſacerdos Iehouæ: vt adimpleret verbum Iehouæ quod loquutus fuerat super domũ ꝓ Elí in ꝓ Silóh.

28 Peruenit autem fama vſq; ad Ioáb (qui Ioáb declinauerat poſt Adoniháhu, & poſt Abſalóm non declinauerat) & fugit Ioáb ad tabernaculũ Iehouæ, & apprehedit cornua altaris.

29 Renuntiatum verò eſt regi ꝓ Selomóh quod fugiſſet Ioáb ad tabernaculum Iehouæ, Et ecce inquit, eſt apud altare. miſitq; ꝓ Selomóh Benaiáhu filium Iehoiadáy, dicendo, Vade, irruerit in eum.

30 Et venit Benaiáhu ad tabernaculum Iehouæ, dixitque ei, Sic dixit Rex, Egrederere. Cui reſpondit, Nequaquam, ſed híc potius moriar. Et retulit Benaiáhu Regi verbum, dicẽdo, Sic loquutus eſt Ioáb, & ſic reſpondit mihi.

31 Dixitque ei Rex, Fac ſicut loquutus eſt, & irruerit in eum, & ſepeli eum: & auferas ſanguinem

nem gratis effuſum, quem effudit Ioáb, à me & à domo patris mei.

32 Et reddet Iehouáh ſanguinem eius super caput eius: quia aggreſſus eſt duos viros iuſtiores & meliores ſe, occiditq; eos gladio, & pater meus Dauid nesciebat, Abner uidelicet filiũ Ner principem exercitus Iſrahelis, & ꝓ Amáſá filium Iéther principem militiæ Iehudáh. 2. Reg. 3. e. 27 2. Reg. 20. c. 9

33 Reuertetur itaque ſanguis eorum in caput Ioáb, & in caput ſeminis eius in æternum: Dauidi autem & ſemini eius, & domui eius, & throno eius ſit pax vſq; in ſeculum à Iehoua.

34 Aſcendit itaque Benaiáhu filius Iehoiadáy, & irruit in eum, & interfecit eum, ſepultuſque eſt in domo ſua in deſerto.

35 Poſuit verò Rex ipſum Benaiáhu filium Iehoiadáy pro eo super exercitum, & ꝓ Sadoc ſacerdotem poſuit Rex pro ꝓ Ebiathár.

36 Poſt hæc miſit Rex, & accerſiuit ꝓ Simꝓyí, dixitque ei, Edifica tibi domum in Ieruſaláim, & habita ibi, nec egrediaris inde huc aut illuc.

37 Erit nanq; die quo egreſſus fueris, & tranſieris torrentem Cidrón, certò ſcias te moriturum: ſanguis tuus erit in caput tuum.

38 Et ait ꝓ Simꝓyí ad Regem, Bonum eſt verbum: ſicut loquutus eſt dominus meus Rex, ſic faciet ſeruus tuus. Et manſit ꝓ Simꝓyí in Ieruſaláim diebus multis.

39 Fuit autem, in fine trium annorum auſurrunt duo ſerui ꝓ Simꝓyí ad Achíſ filium Maſacháh regem Gath: & renuntiauerunt quidam ipſi ꝓ Simꝓyí dicẽdo, En ſerui tui ſunt in Gath.

40 Et ſurgens ꝓ Simꝓyí, ſtrauit aſinum ſuum, & abiit in Gath ad Achíſ, vt requireret ſeruos ſuos: abiit inquam ꝓ Simꝓyí, & reduxit ſeruos ſuos de Gath.

41 Nuntiatum eſt autem ipſi ꝓ Selomóh quod abiſſet ꝓ Simꝓyí de Ieruſaláim in Gath, & reuerſus eſſet.

42 Tum miſit Rex, & accerſiuit ꝓ Simꝓyí, dixitque illi, Nonne adiuraui te per Iehouam & proteſtatus ſum tibi, dicẽdo, In die qua egreſſus fueris, & abieris huc aut illuc, certò ſcias quod moriendo morieris? Et dixiſti mihi, Bonum eſt verbum. audiui.

43 Quare ergo non cuſtodisti iuſſurandum Iehouæ, & præceptum quod præcepi tibi?

44 Dixit præterea Rex ad ꝓ Simꝓyí, Tu noſti omne malum cuius conſcium eſt cor tuum, quod feciſti Dauidi patri meo: reuerti autem fecit Iehouáh malum tuum in caput tuum:

45 Rex autem ꝓ Selomóh benedictus, & thronus Dauidis ſit ſtabilis coram Iehoua vſque in ſeculum.

46 Præcepit itaque Rex ipſi Benaiáhu filio Iehoiadáy: qui egreſſus eſt, & irruit in eum, ac mortuus eſt: & regnum confirmatum fuit in manu ꝓ Selomóh.

CAPVT III.

1 Salomon ducit filiam Pharaonis in vxorem. 2 Excelsa. 3 Dilectio Dei. 4 Oratio Salomonis qua petit à Deo ſapientiam ſibi dari. 13 Exponitur híc quod Matth. 6. d. 33. Primum querite regnum Dei, &c. 17 Iudicium eius pro duabus meretricibus.

1 Affinitate autem coniuñctus eſt ꝓ Selomóh ipſi Paryóh regi Ægypti, & accepit filiam Paryóh, adduxitque eam in Ciuitatem Dauidis, donec compleret ædificare domum ſuam, & domum Iehouæ, murũque Ieru-

vsaláim per circuitum.

- 2 Tantummodo populus immolabat in excelsis, quia non erat ædificata domus nomini Iehouæ vsque ad dies illos.
- 3 Dilexit autem vselomóh Iehouam ambulando in præceptis Dauidis patris sui: tantum in excelsis immolabat, & suffiebat.
- 4 Ibat autem Rex in Gibyón, vt immolaret illic, quia ipsum erat excelsum maximú: mille holocausta obtulit vselomóh super altare illud.
- 5 In Gibyón visus est Iehouáh ipsi vselomóh in somnis nocte, dixitque Deus, Postula quod vis ut dem tibi.
- 6 Et ait vselomóh, Tu fecisti cum seruo tuo Dauide patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit coram te in veritate & iustitia & rectitudine cordis tecum, & seruaisti illi misericordiam magnam istam, quod dederis ei filium sedentem super thronum eius secundum diem hanc.
- B 7 Et nunc ó Iehouáh Deus meus tu constituisi Regem me seruum tuum pro Dauide patre meo: ego verò puer sum paruus, & nescio egredi & ingredi.
- 8 Et seruus tuus est in medio populi tui quem elegisti, populi multi, qui nec numerari nec supputari potest præ multitudine.
2. Par. 1. b. 10 9 Des ergo seruo tuo cor intelligens vt iudicet populum tuum, vt discernat inter bonum & malum. quis enim poterit iudicare populum tuum grauem istum?
- 10 Et placuit verbum in oculis Domini quod postulasset vselomóh hanc rem.
- 11 Dixit ergo Deus ad eum, Eo quod postulasti hoc, & non postulasti tibi dies multos, neque postulasti tibi diuitias, neque postulasti animam inimicorum tuorum, sed postulasti tibi intelligentiam ad audiendum iudicium:
- 12 Ecce feci iuxta verba tua, dedi tibi cor sapiens & intelligens, sit vt similis tui non fuerit ante te, nec post te surrecturus sit similis tui.
- Sap. 7. b. 11 13 Et etiam quod non postulasti, dedi tibi, nempe diuitias atque gloriam, ita vt non fuerit similis tui quisquam inter Reges cunctis diebus tuis.
- C 14 Et si ambulaueris in viis meis custodiendo decreta mea & præcepta mea, sicut ambulauit Dauid pater tuus, longos faciam dies tuos.
- 15 Quomque euigilasset vselomóh, & en somnium: & venit in Ierusaláim, ac sterit corá arca fœderis Iehouæ, & obtulit holocausta, fecitque pacifica: fecit præterea conuiuium cunctis famulis suis.
- 16 Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, & steterunt coram eo.
- 17 Dixitque mulier vna, Obsecro domine mi, ego & mulier ista habitabamus in eadem domo, & peperim apud eam in ipsa domo.
- 18 Fuit verò, die tertia qua peperim, peperit etiã mulier ista, & eramus simul: non erat externus nobiscum in ipsa domo, præter nos duas in ea domo.
- 19 Mortuus est autem filius mulieris huius nocte, quia incubuit super eum.
- 20 Et surrexit media nocte, tulitque filiũ meum qui erat apud me, (ancilla autem tua dormiebat) & requiescere fecit eũ in sinu suo, & filiũ suũ mortuum requiescere fecit in sinu meo.

- 21 Quum autem surrexisset mane, vt darem lac filio meo, en mortuus erat: & considerauim eum mane, & ecce non erat filius meus quem pepereram.
- 22 Postea dixit mulier altera, Nequaquã, sed filius meus viuuit, & filius tuus est is qui mortuus est. Illa verò dicebat, Non, sed filius tuus est is qui mortuus est, & filius meus est is qui viuuit. Et loquebantur coram Rege.
- 23 Dixit itaque Rex, Hæc dicit, Iste est filius meus is qui viuuit, & filius tuus est is qui mortuus est: & ista dicit, Nequaquã, sed filius tuus est is qui mortuus est, & filius meus est is qui viuuit.
- 24 Dixit præterea Rex, Afferte mihi gladium. Et attulerunt gladium coram Rege:
- 25 Tum dixit Rex, Diuidite infantem illum viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri.
- 26 Dixit autem mulier cuius filius erat is qui viuebat, ad Regem, (commota enim sunt viscera eius super filio suo) dixit inquam, Obsecro domine mi, date ei infantem illum viuũ, & interficiendo ne interficiatis eum. Altera autem dicebat, Nec mihi nec tibi sit, diuidite.
- 27 Tunc respondit Rex, ac dixit, Date illi infantem illum viuum, & interficiendo ne interficiatis eum, hæc est mater eius.
- 28 Audientes autem vniuersus Israhel iudicium illud quod iudicauerat Rex, timuerunt à facie Regis, quia viderunt quod sapientia Dei esset in corde eius ad faciendum iudicium.

CAPVT IIII.

1 Salomonis principes & præfecti. 22 Apparatus ciborum Salomonis. 25 Pax sub ipso sine vilo timore. 26 Numerus equorum. 29 Dona Dei in Salomonem collata. 30 Sapientia Salomonis. 32 Numerus parabolarum & carminum.

ET fuit rex vselomóh, Rex super vniuersum Israhel.

- 2 Isti autem sunt principes quos habebat: yAzariáhu filius vsadóc sacerdotis.
- 3 xElinóreph & Anhiáh filij vsiwsa, scribæ: Iehosaphát filius Anhilúd à cõmentariis.
- 4 Benaiáhu autem filius Iehoiadáy, supex exercitum: vsadóc verò & xEbiathár sacerdotes.
- 5 Et yAzariáhu filius Nathán super præfectos, & Zabúd filius Nathán sacerdos amicus Regis.
- 6 Et Anhisár super domum, Adoniráam verò filius yAbdá super tributum.
- 7 Erant autem ipsi vselomóh duodecim præfecti super vniuersum Israhel, qui alebát Regem, & domum eius: mense in anno intererat vnicuique eorum alere.
- 8 Et hæc sunt nomina eorũ: filius nHur in monte xEphraim.
- 9 Filius Décer in Macáys & in vsayalbim, atque in Beth-vsémews, & xElón Beth-nhanán.
- 10 Filius nHésed in Arubóth: ipse erat vsochóh, & tota terra nHépher.
- 11 Filius Abinadáb eius erat vniuersus terminus Dxor, Taphát filia vselomóh erat ei vxor.
- 12 Bayana filius Anhilúd eius erat Thayanách, & Megiddó, & tota Beth-vséan, quæ erat iuxta xSarthánah, subter Izrekyél, à Beth-vséan vsque ad Abél Menholáh & vsque trans Iocmeyám.

13 Filius Géber in Ramóth Gilyád: eius erant villæ Iarír filij Menawsséh quæ erant in Gilyád: eius erat regio Argób quæ erat in Bawlán: sexaginta vrbes magnæ muro & veste æreo munitæ.

14 Anhinadáb filius yIddó in Manhanáim.

15 Anhimáyayis in Naphthali: & is quoq; accepit Bowsmáth filiam wSelomóh in vxorem.

16 Bayaná filius nHuwssái, in Awssér & in yAlóth.

17 Iehowssaphát filius Paruáh, in Iwssachár.

18 wSimyí filius nEláh in Biniamín.

19 Géber filius nVri, in terra Gilyád, terra wSinhón regis nEmoræi, & yOg regis Bawlán: & præfectus vnicus erat qui præerat illi terræ.

20 Iehudáh & Iwssarél erant multi tanquam arena quæ est ad mare in multitudine, comedentes, & bibentes, & latantes.

Ecc. 47. c. 15

C

21 wSelomóh autem dominabatur omnibus regnis à Flumine usque ad terram Peliwsthím, & usque ad terminum Ægypti: & offerebant munera, atque seruirebant wSelomóh omnibus diebus vitæ eius.

22 Erat auté cibus wSelomóh in singulos dies, triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ.

23 Decem boues pingues, & viginti boues pascuales, centumque oues, præter ceruos & capreas, & bubalos, & gallinaceos saginatos.

24 Ipse enim dominabatur omni loco trās Flumen, à Thiphossánh usque ad yAzzáh, id est omnibus Regibus qui erāt trans Flumē, & pax erat ei ex omnibus lateribus eius in circuitu.

25 Et habitabat Iehudáh & Iwssarél confidenter, quisque sub vite sua & sub ficu sua, à Dan usq; Bexer-wssébay omnib' dieb' wSelomóh.

2. Pet. 9. f. 25

D

26 Fuerunt autem ipsi wSelomóh quadraginta millia equorum in equilibus equorū pro curribus suis, & duodecim millia equitum.

27 Porro alebant præfecti isti regē wSelomóh, atque omnes qui accedebant ad mensam regis wSelomóh, singuli in mense suo, non sinebant deesse quicquam.

28 Hordeum præterea & paleas pro equis & mulis deferebat ad locum in quo erat, singuli iuxta constitutum sibi.

Ecc. 47. c. 16

29 Dedit autem Deus sapientiam ipsi wSelomóh, & intelligentiam multam valde, & latitudinem cordis secundum arenam quæ est iuxta litus maris.

30 Et amplior fuit sapientia wSelomóh, sapientia omnium filiorum Orientalium, & omni sapientia Ægyptiorum.

31 Sapiētiór item fuit omni homine, atq; adeò ipso nEthán Ezra nWhite, & Hemán, & Chalachól, & Dardáy filiis Manhól: fuitque nomen eius in omnibus gentibus per circuitum.

32 Loquutus quoque est tria millia parabolarum: & fuerunt cantica eius quinque & mille.

33 Loquutus est præterea de arboribus, à cedro quæ est in Lebanón, ad hysopum quæ egreditur de pariete. Loquutus est in super de animalibus, & de volatilibus, & de reptilibus, & de piscibus.

34 Et veniebant ex omnibus populis ad audiendam sapiētiām wSelomóh ab vniuersis Regibus terræ qui audierant sapientiam eius.

CAPVT V.

1 Hiram mittit seruos vt gratulentur Salomoni. 3 Salomon petit ligna ab Hiram in ædificationem templi. 7 Hiram gentilis agnoscit nomen Dei. 3 Numerus artificum.

1 Misit auté nHiram rex Tyri seruos suos ad wSelomóh: (audierat enim quòd ipsum vixissent in Regem pro patre suo) quia dilexerat nHiram Dauidé omnibus diebus.

2 Misitque wSelomóh ad nHiram, dicendo, 2. Para. 2. d. 3

3 Tu nosti Dauidem patrem meum non potuisse ædificare domum nomini Iehouæ Dei sui propter bella quæ circumdederant eum, donec Iehouáh posuit eos sub plantis pedum eius.

4 Nunc verò requiem dedit Iehouáh Deus meus mihi in circuitu: ita ut nullus sit aduersarius, neque est occursum malus.

5 Et ecce ego cogito ædificare domum nomini Iehouæ Dei mei: sicut loquutus est Iehouáh Dauidi patri meo hisce verbis, Filius tuus quem dabo pro te super folium tuum, ipse ædificabit domum illam nomini meo. 2. Reg. 7. b. 13

1. Pa. 22. b. 10

6 Nunc ergo præcipe vt succidat mihi cedros de Lebanón: erunt autem serui mei cum seruis tuis: mercedemque seruorum tuorum dabo tibi, quicquid dixeris. tu enim scis quòd non est inter nos vir sciens cædere ligna sicut Sidonij.

7 Fuit itaq; quū audisset nHiram verba wSelomóh, vehementer gauisus est, & ait, Benedictus Iehouáh hodie, qui dedit Dauidi filium sapientem super populum multum huic.

8 Misitque nHiram ad wSelomóh, dicendo, Audiui quæ misisti ad me, ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis, & lignis abiegnis.

9 Serui mei deducēt ligna de Lebanón ad mare: ego autem ponam ea per ratos in mare usque ad locum quem mandaueris mihi, & disfoluam ea ibi, tuq; tolles: facies autem voluntatem meam, præbendo cibum domui meæ.

10 Dedit ergo nHiram ipsi wSelomóh ligna cedrina & ligna abieгна iuxta omnem voluntatem eius.

11 wSelomóh autem præbuit nHiram viginti millia cororum tritici in cibum domui eius, & viginti coros olei contrusi: sic dedit wSelomóh ipsi nHiram per singulos annos.

12 Iehouáh itaq; dedit sapientiam wSelomóh vt dixerat ei: fuitq; pax inter nHiram & wSelomóh, ac percusserunt fœdus ambo.

13 Indixit verò rex wSelomóh tributum omni Iwssaréli, & fuit tributum triginta millia virorum.

14 Quos misit in Lebanón, decem millia per singulos menses, vicissim: mense vno erant in Lebanón, & duobus mensibus in domo sua: Adoniram autem erat super tributum. Supr. 3. b. 12

15 Fuerūt verò ipsi wSelomóh septuaginta millia portantium onus, & octoginta millia excidentium in monte:

16 Præter principes & præfectos wSelomóh qui erant super opus tria millia & trecenti, qui præerant populo qui faciebat opus.

17 Præcepitq; Rex vt adueherent lapides grandes, lapides inquam pretiosos, ad fundandam domum, & lapides dolatos.

18 Dolauerunt itaque cæmentarij wSelomóh & cæmentarij nHiram, & Giblim, atq; præparauerūt ligna & lapides ad ædificandā domū.

CAPVT VI.

1 Fabrica & forma templi. 12 Salomon ambulans per viā mandatorū suorū non derelictum Deus. 16 Oraculū. 36 Atriū interius.

2. Paral. 3. 4. 1

- 1 **P**orrò quadringétesimo octogésimo anno posteaquam egressi sunt filij Iſrahél è terra Ægypti, anno quarto, mense Aprili (ipse est mensis secúduſ, quo regnare cœpit ũSelomóh sup Iſrahéle) ædificauit domú Iehouæ.
- 2 Domus autem quam ædificauit rex ũSelomóh Iehouæ, sexaginta cubitorum erat longitudo eius, & viginti latitudo eius, & triginta cubitorum altitudo eius.
- 3 Vestibulum autem erat ante Templum domus: viginti cubitorum longitudo eius ante latitudinem domus: decem autem cubitorum latitudo eius ante domum.
- 4 Fecit insuper domui fenestras latas intrinsecus, angustas extrinsecus.
- 5 Ædificauit deinde iuxta murum domus, thalamum per circuitum, iuxta murum domus per circuitum Templo & Oraculo: fecit inquam thalamos per circuitum.
- 6 Thalami inferioris quinq; cubitorum erat latitudo: & medij, sex cubitorum latitudo: & tertij, septem cubitorum latitudo: siquidem retractiones posuerat in domo per circuitum parte externa, ne apprehederét muros domus.
- 7 Domus enim quæ ædificaretur, lapide perfecto aduecto emonte ædificata est: & mallei, & securis, atque omne instrumentum ferreum non fuit auditum in domo quæ ædificaretur.
- 8 Ostium thalami medij erat in latere domus dextro: & per cochleas ascēdebant ad mediū, & de medio ad tertium.
- B 9 Ædificauit ergo domum illam, & perfecit eam: & textit domum trabibus incuruatis & tabulatis cedrinis.
- 10 Ædificauit & thalamum illum cum tota domo: quinque cubitorum erat altitudo eius, & apprehendebat domum per trabes cedrinas.
- 11 Fuit autem verbum Iehouæ ad ũSelomóh, dicendo,
- Infrá 9. 4. 5 12 Domus ista quam tu ædificas, si ambulaueris in decretis meis, & iudicia mea feceris, seruauerisque omnia mandata mea ambulando in eis: tum statuam verbum meum tecum quod loquutus sum ad Dauidem patrem tuū:
2. Reg. 7. c. 13 13 Habitabóque in medio filiorum Iſrahel, neque deseram populum meum Iſrahel.
1. Pa. 22. b. 10 14 Ædificauit itaque ũSelomóh domum illam & perfecit eam.
- 15 Et ædificauit parietes domus intrinsecus tabulis cedrinis: id est à pauimento domus vsq; ad parietes contignationis, operuit ligno intrinsecus: obduxit quoq; pauimentum ipsum domus tabulis abiegnis.
- 16 Ædificauit etiam viginti cubitos à lateribus domus tabulis cedrinis, à pauimento vsq; ad parietes: ædificauit quoque sibi in domo Oraculum, vt esset Sanctitas sanctitatum.
- 17 At quadraginta cubitorum erat domus: ipsa est templum oppositum Oraculo.
- C 18 Porro tabulæ cedrinæ quibus tegebatur domus intrinsecus depictæ instar cucurbitarum agrestium, & cælaturis instar florum: omnia tabulis cedrinis tegebantur, nec lapis apparebat.
- 19 Oraculum autem in medio domus intrinsecus præparauit, vt poneret ibi arcam fœderis Iehouæ.
- 20 Intrinsecus autem erat Oraculum: viginti cubitorum erat longitudo eius, & viginti cubitorum latitudo, & viginti cubitorum altitudo

eius: & operuit illud auro purissimo: altare autem operuit cedrinis tabulis.

- 21 Textit igitur ũSelomóh domum intrinsecus auro purissimo: & occlusit catenis aureis Oraculum: & textit illum auro.
- 22 Totamque domum textit auro, donec perficeretur tota domus: totumq; altare quod erat ante Oraculum, textit auro.
- 23 Fecit autem in ipso Oraculo duos Cherubim è lignis pineis: decem cubitorum altitudo eius.
- 24 Quinq; autem cubitorum erat ala Cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera: decem cubiti erant ab extremitatibus alæ vnus, vsque ad extremitates alæ alterius.
- 25 Decem præterea cubitorum erat Cherub secundus: mensura eadem, & incisio eadem erat ambobus Cherubim.
- 26 Altitudo Cherub vnus erat decem cubitorum, & similiter Cherub secundus.
- 27 Collocauit autem ipsos Cherubim in medio domus interioris: expandebantque alas suas, tangebantque ala vnus, parietem, & ala Cherub alterius tangebatur parietem alterum: alæ autem eorum quæ erant in medio domus, contingebant se inuicem.
- 28 Textitque ipsos Cherubim auro.
- 29 Omnes autem parietes domus per circuitum sculpsit cælaturis sculpturarum Cherubim & palmarum, & cælaturis florum intrinsecus & extrinsecus.
- 30 Quin & pauimentum domus textit auro intrinsecus & extrinsecus.
- 31 Et ostio Oraculi fecit valuas è lignis pineis: superliminare, & postes erant quinq; laterum.
- 32 Duas inquam valuas fecit è lignis pineis, & cælauit in eis cælaturas Cherubim palmarumque, ac cælaturas florum, textitque auro: & extēdit super Cherubim & super palmas aurum.
- 33 Sic quoque fecit ostio templi, nempe postes è lignis pineis quadrilateros.
- 34 Porro ambæ valuæ erant è lignis abiegnis, & duo latera valuæ vnus rotunda, & duo latera alterius valuæ rotunda.
- 35 Et sculpsit in illis Cherubim, & palmas, & cælaturas florum: textitque auro directo illud quod erat insculptum.
- 36 Post hæc ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum dolatorum, & ordine uno trabium cedrinarum.
- 37 Anno quarto fundata fuit domus Iehouæ, mense Aprili.
- 38 Et anno vndecimo, mense Octobri (is est mensis octauus) cõpleta fuit domus cum omnibus vtenfilibus suis, atque omnibus iis quæ ad illam pertinebant, & ædificauit eam annis septem.

CAPVT VII

- 1 Ædificatur domus Salomonis in saltu. 2 Domus filie Pharaonis. 12 Atrium maius templi: & Atrium interius templi. 13 Hiram artifex fundit pro Salomone. 15 Forma columnarum anearum. 21 Iachin: & Booz. 23 Mare fusile. 27 Bases auea. 38 Lutes decem anai.

1 **D**omum autem suam ædificauit ũSelomóh tredecim annis, & compleuit totam domum suam. Infrá 9. b. 10

- 2 Ædificauit quoque domum saltus Lebanón: centum cubitorum erat longitudo eius, & quinquaginta cubitorum latitudo eius, & triginta cubitorum altitudo eius. super quatuor ordines columnarum cedrinarum ædificauit eam, trabes

trabes autem cedrinæ erant super columnas.

3 Et tecta erat tabulis cedrinis sursum super trabes quæ erant super columnas quadraginta & quinque, quindecim per ordines singulos.

4 Et fenestrarum erant tres ordines, fenestræque erant contra fenestram tribus vicibus.

5 Et omnia ostia & postes quadrata erant, una cum fenestris: eregione autem fenestra erat contra fenestram, tribus vicibus.

6 Porticum autem columnarum fecit: quinquaginta cubitorum erat longitudo eius, & triginta cubitorum latitudo eius: eratque eis porticus ante faciem illarum, columnarumque & trabes ante faciem illarum.

7 Porticum quoque solij in qua iudicaret, nempe porticum iudicij fecit: quæ tecta erat cedro à pavimento usque ad pavementum.

8 Domui autem suæ in qua manebat, fecit atrium alterum intra porticum illam, secundum opus istud erat. domum præterea fecit filiæ Paryóh (quam acceperat Selomóh) secundum porticum hanc.

Suprà 3. d. 1

B 9 Omnia illa erant ex lapidibus pretiosis, secundum mēsuras lapidum dolatorum, ferratorum ferra, intrinsecus & extrinsecus: & à fundamento usque ad lapides mensuræ quatuor digitorum, & extrinsecus, usque ad atrium maius.

10 Fundatum autem erat lapidibus pretiosis, lapidibus magnis, lapidibus decem cubitorum, & lapidibus octo cubitorum.

11 Suprà verò erant lapides pretiosi secundum mensuras lapidum dolatorum, & cedrinæ tabulæ.

12 Porrò atrio maiori per circuitum erant tres ordines lapidibus dolatis, & ordo vnus trabiū cedrinarum, & atrio illi domus Iehouæ interiori, & porticui eius domus.

13 Mittens autem rex Selomóh, tulit Hirám de Tyro:

14 Filius mulieris viduæ erat de tribu Naphthali: pater verò eius vir Tyrius faber æarius: eratque repletus sapientia & intelligentia, & sciētia vt faceret omne opus ex ære: qui venit ad regē Selomóh, & fecit omne opus eius.

15 Finxit & duas columnas æreas: octodecim cubitorum erat altitudo columnæ vnus: & filum duodecim cubitorum circumdabat columnam secundam.

Iere. 52. e. 21

C 16 Et duo capitella fecit quæ ponerentur super capita columnarum, fusa ex ære: quinque cubitorum erat altitudo capitelli vnus, & quinque cubitorum altitudo capitelli alterius.

17 Reticula opere retis, funes factos opere catenarum capitellis quæ erant super caput columnarum: septem erant capitello vni, & septem capitello secundo.

18 Fecit ergo columnas: & duos ordines in circuitu in reticulo vno, vt tegeter capitella quæ erant super caput, malogranatis: & sic fecit capitello secundo.

19 Capitella autē illa quæ erant super caput columnarum, erat opus lilij in porticu, quatuor cubitis.

20 Capitella inquam illa quæ erant super duas columnas, etiam desuper eregione ventris capitelli, qui erat vltra reticulum, habebant malogranata: nam malogranata ducenta erant in ordinibus duobus per circuitum super capitellum secundum.

21 Statuit deinde columnas illas in porticu templi: & statuit columnam dexteram, vocauitque nomen eius Iachin: statuit & columnam fini-

stram, vocauitque nomen eius Bóyaz.

22 Et super caput columnarum opus lilij: absolutum est itaque opus columnarum.

23 Fecit quoque mare fustum decem cubitorum à labro eius usque ad labrum eius, rotundum in circuitu: & quinque cubitorum erat altitudo eius, filumque triginta cubitorum ambiebat illud per circuitum.

24 Tubercula autem instar colocynthis subter labium eius per circuitum, circumdabant illud: decem in cubito, ambiebant mare per circuitum: duo ordines tuberculorum fuorum erant in fusione illius.

25 Stabat mare super duodecim boues: tres respiciebant ad Aquilonem, & tres respiciebant ad Occidentem, & tres respiciebant ad Meridiem, & tres respiciebant ad Orientem: & mare super eos supernè erat, & omnia posteriora eorum intrinsecus erant.

26 Densitas autem eius erat palmus: & labium eius erat secundum opus labij calicis & floris lilij: duo millia batorum capiebat.

27 Fecit præterea bases decem æreas: quatuor cubitorum erat longitudo basis vnus, & quatuor cubitorum latitudo eius, & trium cubitorum altitudo eius.

28 Hoc autem est opus basis. cincturæ erant in ipsis, quæ cincturæ erant inter prominentias.

29 Et super cincturas illas quæ erant inter prominentias erant leones, boues, & Cherubim: & super prominentias erat basis desuper: & subter, leones & boues, additamēta quædam opere extenso.

30 Quatuor autē rotæ æræ erant basibus singulis, & tabulæ æræ: & in quatuor angulis eius humeruli erant: & subter concham humeruli fusi erant ex latere singulorum additamētorum.

31 Os verò eius intra capitellum erat: & supernè, in cubito (os autem eius erat rotundum opere basis) cubitus & dimidium cubiti. & etiā super os ipsum erant cælaturæ, cum cincturis suis, quadratæ, non rotundæ.

32 Quatuor item rotæ illæ erant intra cincturas & axes rotarum, in basi ipsa altitudo rotæ vnus erat cubitus & dimidium cubiti.

33 Opus præterea rotarum erat sicut opus rotæ currus: axes earum, & modioli earum, & carthi earum, & radij earum, omnia erant fusa.

34 Quatuor ergo humeruli erant super quatuor angulos basis vnus: ex basi ipsa erant humeruli eius.

35 Et in summitate basis erat dimidium cubiti in altitudine rotunda per circuitum: & in summitate illius basis erant prominentiæ eius, & cincturæ eius ex ipsa.

36 Et fecit cælaturas in tabulis prominentiarum eius, & in cincturis eius, Cherubim, leones, & palmas ex latere cuiusque additamentorum per circuitum.

37 Ad hunc modum fecit decem bases: fusura eadē, mensura eadē, incisio eadem erat cunctis ipsis.

38 Fecit & decem conchas æreas: quadraginta batos capiebat concha vna: quatuor cubitorum erant singulæ conchæ, concha vna super basim vnā, decem basibus.

39 Et posuit bases quinque ad latus domus à dextera, & quinque ad latus domus à sinistra eius: mare quoque posuit à latere domus dextro ad Orientem contra Meridiem.

- 40 Fecit præterea **Hiram** cōchas, & scopas, & pelues: compleuitque **Hiram** facere vniuersum opus quod fecit regi **Selomoh** in domo Iehouæ.
- 41 Columnas duas, & vasa rotunda capitellorum quæ erant super caput columnarum duarum: & reticula duo, vt operirent duo illa vasa rotunda capitellorum quæ erant super caput columnarum.
- 42 Et malogranata quadringenta in duobus reticulis, nempe duo ordines malogranatorum erant reticulo vno ad operiendum duo illa vasa rotunda capitellorum quæ erant in superficie columnarum.
- 43 Et bases decem, atque conchas decem super bases:
- 44 Et mare vnum, & boues duodecim subter mare:
- G 45 Et lebetes, & scopas, & pelues: & omnia vasa hæc quæ fecit **Hiram** regi **Selomoh** in domo Iehouæ, erant ex ære polito.
- 46 In planitie Iardén fudit ea Rex in densitate terræ inter **Succhoth** & **Sarthán**.
- 47 Et omisit **Selomoh** omnia vasa: propter multitudinem nimiam non est exploratum pondus æris.
- 48 Fecit insuper **Selomoh** omnia vasa alia quæ erant pro domo Iehouæ, altare aureum, & mensam super quæ erant panes facierum, aurea.
- 49 Et candelabra, quinque à dextera, & quinque à sinistra ante Oraculum, ex auro purissimo, & flores, & lucernas, & forcipes ex auro,
- 50 Et hydrias, & psalteria, & pelues, & cochlearia, & acerras, ex auro puro: & cardines valuis domus interioris, id est sanctitatis sanctitatum, & valuis domus, id est templi, aurei.
2. Paral. 5. 4. 1 51 Absolutum est itaque vniuersum opus quod fecit rex **Selomoh** pro domo Iehouæ, & intulit **Selomoh** sanctitates Dauidis patris sui, argentum & aurum & vasa, & reposuit ea in thesauris domus Iehouæ.

CAPVT VIII

1 Collocatur arca in templo. 9 Tabule Testamenti in arca repositæ. 10 Nebula implet templum. 14 Salomon benedicit congregationi, post gratias agit Deo. 16 Electus Dauid. 20 Promissiones suas implet Deus. 22 Oratio Salomonis vt exaudiantur orantes in templo. 31 Iuramentum. 33 Bellum. 35 Pluuia. 37 Fames, Pestis, & Aerugo. 40 Corda Deus solus nouit. 41 Alienigena. 42 Nomen Dei ubiq; auditur. 44 Bellatores orantes victoriam. 46 Peccatores omnes. 47 Populus captiuus ductus. Confessio. 55 Salomon rursus benedicit vniuerso Israël. 62 Maculantur victima. 64 Dedicatur templum. 65 Fit ingens celebritas.

2. Paral. 5. 4. 9

- 1 **T**unc conuocauit **Selomoh** seniores **Israëlis**, & omnia capita tribuum, principes patrum filiorum **Israëlis**, ad se in **Ierusalem**, vt transferrent arcam fœderis Iehouæ de ciuitate Dauidis, ipsa est **Sion**.
- 2 Conuenerunt itaque ad regem **Selomoh** omnes viri **Israëlis** in mense Septembri in solennitate: is est mensis septimus.
- 3 Quum autem venissent omnes Seniores **Israëlis**, tulerunt sacerdotes arcam,
- 4 Et transtulerunt arcam Iehouæ, tabernaculum ecclesiæ, & omnia vasa sancta quæ erant in tabernaculo: transtulerunt inquam ea sacerdotes & **Leuitæ**.
- 5 Rex autem **Selomoh** & vniuersa congregatio **Israëlis** quæ conuenerat ad eum, erat cum eo ante arcam immolantes oues & boues,

quæ neque numerari, neque supputari poterant præ multitudine.

- 6 Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Iehouæ in locum suum, in Oraculum domus, in Sanctitatem sanctitatum subter alas Cherubim:
- 7 Nam Cherubim expandebant alas supra locum arcæ, operiebantque Cherubim arcam, & vinctes eius desuper.
- 8 Et extraxerunt vinctes, apparebantque capita vinctium è Sanctitate coram Oraculo, & non apparebant extrinsecus, fueruntque illic vsq; ad diem hanc.
- 9 Non erat in ea arca nisi duæ tabulæ lapideæ, quas illic reposuerat **Mose** in **Horeb**, quando pepigit Iehouah fœdus cum filiis **Israëlis**, quando egressi sunt è terra **Ægypti**. Heb. 9. 4. 4
Deut. 10. 4. 5
- 10 Fuit autem, quum exirent sacerdotes è Sanctitate, nubes repleuit domum Iehouæ. Exod. 40. d.
34
- 11 Neque poterant sacerdotes subsistere ad ministrandum propter nubem: repleuerat enim gloria Iehouæ domum Iehouæ. B
- 12 Tunc dicit **Selomoh**, Iehouah dixit quod habitaret in ipsa caligine. 2. Paral. 6. 4. 1
- 13 Edificando edificauit domum habitationis tibi, locum vt habites ibi in secula.
- 14 Cõuertit autem faciem suam, & benedixit vniuersæ cõgregationi **Israëlis**: tota autem congregatio **Israëlis** stabat.
- 15 Dixitque, Benedictus sit Iehouah Deus **Israëlis**, qui loquutus est ore suo Dauidi patri meo, & manu sua adimpleuit, dicendo,
- 16 A die qua eduxi populum meum **Israëlem** ex **Ægypto**, non elegi ciuitatem ex vniuersis tribubus **Israëlis** ad edificandam domum, vt esset nomen meum ibi: sed elegi Dauidem vt esset super populum meum **Israëlem**.
- 17 Fuit autem in corde Dauidis patris mei edificare domum nomini Iehouæ Dei **Israëlis**: 2. Reg. 7. 4. 1
- 18 At Iehouah dixit Dauidi patri meo, Eo quod fuerit in corde tuo edificare domum nomini meo, bene fecisti quod fuerit in corde tuo:
- 19 Veruntamen tu non edificabis domum, sed filius tuus qui egressurus est de lumbis tuis, ipse edificabit domum nomini meo.
- 20 Confirmauit itaque Iehouah verbum suum quod loquutus est, & surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum **Israëlis**, quemadmodum loquutus est Iehouah, & edificauit domum nomini Iehouæ Dei **Israëlis**:
- 21 Posuique ibi locum ipsi arcæ, in qua est fœdus Iehouæ quod pepigit cum patribus nostris quum eduxit eos è terra **Ægypti**.
- 22 Constitit autem **Selomoh** ante altare Iehouæ coram vniuersa congregatione **Israëlis**, & expandit palmas suas ad cælum, C
- 23 Ac dixit, Iehouah Deus **Israëlis**, non est similis tibi Deus nec in cælo desuper, nec super terram deorsum, custodiens pactum & misericordiam seruis tuis qui ambulant coram te toto corde suo. 2. Mac. 2. b. 8
- 24 Qui seruasti seruo tuo Dauidi patri meo quæ loquutus es ei: loquutus nanque es ore tuo, & manu tua implesti, secundum diem hæc.
- 25 Nunc igitur o Iehouah Deus **Israëlis**, custodi seruo tuo Dauidi patri meo quæ loquutus es ei, dicendo, Non excideret tibi vir à facie mea sedens super thronum **Israëlis**: si modo custodierint filij tui viam suam quæ est vt ambulent coram me, sicut ambulasti coram me. 2. Reg. 7. b.
12, & c. 16

26 Nunc

- 26 Nunc inquam o Deus Iſrahel, ſtabiliatur obſecro verbum tuum quod loquutus es ſeruo tuo Dauidi patri meo.
- 27 Verumne eſt quod habitabit Deus ſuper terram? ecce, cælum & cæli cælorum te non continent, quanto minus domus iſta quam ædificauimus?
- 28 At tu respice ad orationem ſerui tui, & ad deprecationem eius o Iehouah Deus mi, exaudiendo clamorem & orationem quam ſeruus tuus orat coram te hodie:
- Deut. 12. b. 11 29 Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum iſtam nocte ac die in loco de quo dixiſti, Erit nomen meum ibi: & vt audias orationem quam orabit ſeruus tuus in loco iſto.
- 30 Exaudias inquam deprecationem ſerui tui & populi tui Iſrahelis qui orauerit in loco iſto: tu quidem exaudias de loco habitationis tuæ, id eſt de cælis, exaudias & parcas.
- D 31 Quum peccauerit vir in proximum ſuum, & derulerit in eum iuramentum, ita vt cogat eum iurare, & venerit iuramentum ante altare tuum in domo hac:
- 32 Tu exaudias in cælo, & facias, & iudices ſeruos tuos, condemnando impium, vt des viam eius in caput eius: & iuſtificando iuſtum, dando ei ſecundum iuſtitiam eius.
- 33 Quando caſus fuerit populus tuus Iſrahel coram inimico, quod peccauerint tibi, & reuerſi fuerint ad te, & confeſſi fuerint nomen tuum, & orauerint, deprecatique fuerint te in domo hac:
- 34 Tu exaudias in cælo, & parcas peccato populi tui Iſrahelis, & reducas eos in terram quam dediſti Patribus eorum.
- 35 Quando clauſum fuerit cælum, & non fuerit pluuia, quod peccauerint tibi, & orauerint in loco iſto, confeſſique fuerint nomini tuo, & a peccato ſuo auerſi fuerint quando afflixeris eos:
- 36 Tu exaudias in cælo, & parcas peccato ſeruatorum tuorum, & populi tui Iſrahelis, quum docueris eos viam bonam per quam ambulent, & dabis pluuiam ſuper terram tuam quam dediſti populo tuo in hæreditatem.
- 37 Fames ſi fuerit in terra, aut peſtis quum fuerit, aut ariditas & robigo, locuſta, bruchus quum fuerit: aut quum obſederit eum inimicus eius in terra portarum ſuarum, quæcunque plaga, quæcunque infirmitas,
- 38 Quæcunque oratio, aut quæcunque deprecatio ſuſcepta fuerit a quouis, aut ab vniuerſo populo tuo Iſrahel, quum cognoscet quiſque plagam cordis ſui, & expandit manus ſuas in domo hac:
- 39 Tu exaudias de cælo: de loco habitationis tuæ: & parcas: ac facias, deſque vnicuique ſecundum omnes vias ſuas, cuius cognouiſti cor (tu enim noſti ſolus cor omnium filiorum hominum)
- E 40 Vt timeant te omnibus diebus quibus vixerint in ſuperficie terræ quam dediſti Patribus noſtris.
- 41 Quinetiam de alienigenis qui non ſunt de populo tuo Iſrahel, qui venerint de terra longinqua propter nomen tuum:
- 42 (ſi audierint nomen tuum magnum, & manum tuam validam, & brachium tuum extenſum) venerint inquam, & orauerint in domo hac:
- 43 Tu exaudias de cælo, de loco habitationis tuæ, faciſque iuxta omnia pro quibus inuocauerint te alienigenæ, vt ſciant omnes populi terræ nomen tuum, vt timeant te ſicut populus tuus Iſrahel, & cognoscant quod nomen tuum inuocatum ſit ſuper domum hanc quam ædificauimus.
- 44 Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicum ſuum per viam per quam miſeris eos, & orauerint Iehouam contra viam ciuitatis quam elegiſti, & domum quam ædificauimus nomini tuo:
- 45 Exaudias de cælo orationem eorum, & deprecationem eorum, & facias iudicium eorum.
- 46 Si peccauerint tibi (nō eſt enim homo qui non peccet) & iratus fueris contra eos, traderique eos coram inimico, & captiuos duxerint eos qui ceperint eos, in terram inimici longinquam vel propinquam:
- 47 Et reuerſi fuerint ad cor ſuum in terra in quam captiuus ducti fuerint: atque conuerſi, deprecati fuerint te in terra illorum qui captiuos eos abduxerint, dicendo, Peccauiſmus, & iniquè egimus, impiè egimus:
- 48 Conuerſi inquam fuerint ad te toto corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimicorum ſuorum qui captiuos abduxerint eos, & orauerint ad te contra viam terræ ſuæ quam dediſti patribus eorum, ciuitatem quam elegiſti, & domum quam ædificauimus nomini tuo:
- 49 Exaudias de cælo, de loco habitationis tuæ orationem eorum & deprecationem eorum, & facias iudicium eorum:
- 50 Parcasque populo tuo, qui peccauerint tibi, & omnibus præuaricationibus eorum quibus præuaricati fuerint contra te: & des eos in miſericordias coram illis qui captiuos abduxerint eos, & miſereantur eorum.
- 51 Populus enim tuus & hæreditas tua ſunt, quos eduxiſti ex Ægypto, è medio fornacis ferreæ.
- 52 Vt ſint oculi tui aperti ad deprecationem ſerui tui, & ad deprecationem populi tui Iſrahelis, exaudiendo eos omni tempore quo inuocauerint te.
- 53 Tu enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatem de vniuerſis populis terræ, ſicut dixeras per Moſeh ſeruum tuum, quando eduxiſti Patres noſtros ex Ægypto, Domine Iehoua.
- 54 Fuit autem, quum finem feciſſet ſolomon orandi Iehouam vniuerſa oratione & deprecatione iſta, ſurrexit à conſpectu altaris Iehouæ, ac deſiit genua ſtectere: & manibus ſuis expanſis ad cælum,
- 55 Ac ſtans, benedixit vniuerſæ congregationi Iſrahelis, voce magna, dicendo,
- 56 Benedictus Iehouah qui dedit requiem populo ſuo Iſrahel iuxta omnia quæ loquutus eſt: non cecidit verbum vnum ex omni verbo eius bono quod loquutus eſt per manum Moſeh ſerui ſui.
- 57 Sit Iehouah Deus noſter nobiſcum, ſicut fuit cum Patribus noſtris: ne derelinquat nos, neque deſerat nos:
- 58 Vt inclinare faciat cor noſtrum ad ſe, vt ambulemus in vniuerſis viis eius, & custodiamus præcepta eius, & decreta eius, & iudicia eius quæ præcepit Patribus noſtris.
- 59 Sintque verba mea hæc, quibus deprecatus ſum

2. Par. 6. f. 29
Eccl. 7. c. 11
1. Ioan. 1. d. 8

F

G

sum coram Iehoua, propinqua Iehouæ Deo nostro die ac nocte, ita ut faciat iudicium serui sui, & iudicium populi sui Iſrahel per singulos dies.

60 Ut cognoscant omnes populi terræ quod Iehouáh est Deus, nec est vltra eum.

61 Et sit cor vestrum perfectum cum Iehoua Deo nostro, ambulando in decretis eius, & custodiendo præcepta eius, secundum diem hanc.

62 Rex autem & vniuersus Iſrahel cum eo sacrificabant sacrificium coram Iehoua.

1. Paral. 7. 4. 5 63 Sacrificauitque ũSelomóh sacrificium pacificorum quod sacrificauit Iehouæ, boum duo & viginti millia, & ouium cetum viginti millia, & dedicauerunt domum Iehouæ Rex atque omnes filij Iſrahel.

64 Eodem die sanctificauit Rex medium atrij quod erat ante domum Iehouæ: fecit quippe ibi holocaustum, & oblationes, & adipem pacificorum: siquidem altare æreum quod erat coram Iehoua, erat paruum, ita ut non comprehenderet holocaustum & oblationem & adipem pacificorum.

65 Fecitque ũSelomóh tempore illo, festiuitatem, & vniuersus Iſrahel cum eo, congregatio magna, ab introitu nHamáth vsque ad torrentem Ægypti coram Iehoua Deo nostro septem diebus, & septem diebus, quatuordecim diebus.

66 Die autem octauo dimisit populum, & benedixerunt Regi, atque abierunt in tabernacula sua, læti, & hilares corde propter omnia bona quæ fecerat Iehouáh Dauidi seruo suo & Iſraheli populo suo.

CAPVT IX.

1 Deus secundo per quietem apparet Salomoni. 11 Salomon dat oppida Hiram Regi. 14 120 talenta auri. 16 Gazet successa, Chanaanæo occiso. 17 Gazet. Beth-horon. 18 Baalath. Palmira. 20 Facit Salomon Chanaanæos & reliquos tributarios, 23 550 præfecti. 25 Salomonis oblationes. 26 Mittit classem causa auri. 28 420 talenta auri.

2. Par. 7. c. 11 1 **F**uit autem, quum cõpleuisset ũSelomóh ædificare domum Iehouæ, & domum regiam, vniuersumque desiderium suum quod voluit facere:

Suprà 3. 4. 5 2 Apparuit Iehouáh ipsi ũSelomóh secundo, sicut apparuerat ei in Gibyon.

3 Dixitque illi Iehouáh, Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam quam deprecatus es coram me: sanctificauit domum istam quam ædificasti, ponendo nomen meum ibi vsque in seculum: eruntque oculi mei & cor meum ibi omnibus diebus.

Sup. 8. c. 29
Deut. 12. b. 11

4 Et tu si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus in perfectione cordis & rectitudine, faciendo secundum omnia quæ præcepi tibi, decreta mea & iudicia mea seruaueris:

2. Reg. 7. b. 12.
c. 16

5 Firmabo thronum regni tui super Iſrahel in seculum, sicut loquutus sum Dauidi patri tuo, dicendo, Non abscedetur tibi vir à throno Iſrahel.

1. Par. 22. c. 10

6 Quod si auertendo auersi fueritis vos & filij vestri à me, & non custodieritis præcepta mea, & decreta mea quæ dedi coram vobis: sed abieritis, & serueritis diis alienis, & incuruaeritis vos illis:

B 7 Excidat Iſrahel in superficie terræ quam dedi eis: & domum quam sanctificauit nomi-

ni meo, dimittam à facie mea, & erit Iſrahel in parabolam & in fabulam in omnibus populis,

8 Atque domus ista quæ futura est altissima, ita ut quicumque transierit per eam, obstupescat, & sibilat, ac dicat, Quamobrem fecit Iehouáh sic terræ huic, & domui huic? Deu. 29. d. 24
Iere. 22. b. 8

9 Respondebuntque, Eo quod dereliquerunt Iehouam Deum suum, qui eduxit patres eorum à terra Ægypti: & apprehenderunt deos alienos, adoraueruntque eos, & seruerunt eis: idcirco inquam induxit Iehouáh super eos omne malum hoc.

10 Fuit præterea in fine viginti annorum quibus ædificauit ũSelomóh duas domos, nempe domum Iehouæ & domum regiam, 2. Par. 1. 3. 4. 1

11 (nHiram autem Rex Tyri donauerat ipsi ũSelomóh ligna cedrina & abiegna, & aurum secundum omnem voluntatem eius) tunc dedit Rex ũSelomóh ipsi nHiram viginti vrbes in terra Galil.

12 Et egressus est nHiram à Tyro ut videret vrbes quas tradiderat ei ũSelomóh, & non placuerunt ei.

13 Dixitque, Quid sunt vrbes istæ, quas dedisti mihi, frater mi? & appellauit eas terram Chabul, vsque ad diem hanc.

14 Miserat autem nHiram ad Regem centum C & viginti talenta auri.

15 (Et hæc est ratio tributi propter quam exigit Rex ũSelomóh, ad ædificandum domum Iehouæ, & domum suam, & Milló, & murum Ierusalaim, & nHarlor, & Megiddó, & Gézer. 16 Paryóh rex Ægypti ascendit, & cepit Gézer, succenditque eam igni: Chenayanæum quoque qui habitabat in ciuitate, interfecit, ac tradidit eam pro muneribus filiae suæ vxori ũSelomóh.

17 Ædificauit autem ũSelomóh Gézer, & Bethhoron inferiorem,

18 Et Bayalath, & Thamór in deserto in terra, 19 Et omnes vrbes thesaurorum quæ erant ipsi ũSelomóh, & vrbes curruum, & vrbes equitum, & desiderium ũSelomóh quod desiderauit ædificare in Ierusalaim & in Lebanón, & in omni terra dominij sui.)

20 Omnem populum qui remanserat de nEmoræo, nHitheo, Perizæo, nHiuæo & Iebuſæo qui non erant de filiis Iſrahel,

21 Id est filios eorum qui remanserant post eos in terra, quos non potuerat filij Iſrahel occidere: fecit ũSelomóh tributarios vsque ad diem hanc.

22 De filiis vero Iſrahel non fecit ũSelomóh D seruum ullum: sed erant viri bellatores, & serui eius, & principes eius, & duces eius, & principes curruum eius, & equitum eius.

23 Isti sunt principes præfectorum qui erant super opus ipsi ũSelomóh, quingenti & quinquaginta, qui præerant populo qui faciebat opus.

24 Cæterum filia Paryóh ascendit de ciuitate Dauidis in domum suam quam ædificauerat sibi: tunc ædificauit Milló. 2. Par. 8. b. 11

25 Offerebat autem ũSelomóh tribus vicibus singulis annis holocausta & pacifica super altare quod ædificauerat Iehouæ, & adolebat super illud quod erat coram Iehoua, & perfecit domum.

- 26 Et classem fecit rex **W**Selomóh in **Y**Erifion-
géber quæ erat iuxta **E**lôth, iuxta ripam ma-
ris **S**úph in terra **E**dóm.
27 Misitque **H**irám cum classe seruos suos
viros nauticos & gnaros maris, cum seruis
WSelomóh.
28 Qui deuenerunt in **O**phir, ac tulerunt in-
de aurum, quadringenta & viginti talenta, &
adduxerunt ad regem **W**Selomóh.

CAPVT X.

1 Regina Saba venit ad audiendam sapientiã Salomonis. 10 Dat Salomoni munera: 14 Censur pecuniæ Salomonis annuus, 665 talēta auri. 16 200 scuta. 18 Thronus Salomonis, 26 1400 currus: & 1200 equites.

2. Par. 9. d. 1
Matth. 12. c.
42
Luc. 11. d. 31

Regina autē **W**Sebá audiens famam **W**Se-
lomóh in nomine Iehouæ, venit vt ten-
taret eum in ænigmatibus.

2 Et ingressa est Ierusaláim cū exercitu gra-
ui valde, & camelis portatibus aromata, & au-
rum multū valde, & lapides pretiosos, venitq;
ad ipsum **W**Selomóh, atq; loquuta est ad eum
quæcunque habebat in animo suo.

3 Indicauit autem ei **W**Selomóh omnia verba
eius, non fuit verbum *ullum* absconditum à Re-
ge quod non indicauerit ei.

4 Et vidit Regina **W**Sebá omnem sapientiam
WSelomóh, & domum quam ædificauerat,

5 Accibos mēfæ eius, & selsionem seruorum
eius, & statum ministrorum eius, & vestimen-
ta eorum, & pincernas eius, & holocaustum
eius quod offerebat in domo Iehouæ: & non
erat in ea vltra spiritus.

6 Dixitque ad Regem, Verum erat verbum
quod audiui in terra mea super rebus tuis &
sapientia tua.

7 Et non credidi verbis ipsis, donec ipsa veni,
& viderunt oculi mei: ecce autem nō fuit nun-
tium mihi dimidium: addidisti sapientiam
& bonum super famam quam audiui.

B

8 Beati viri tui, beati serui tui isti qui stant co-
ram te, semper audientes sapientiam tuam.

9 Sit Iehouáh Deus tuus benedictus qui com-
placuit sibi in te, ita vt posuerit te super soliu
Iŵsrahel: eo quod dilexerit Iehouáh Iŵsrahē
Iem in seculum, & posuerit te Regem, vt face-
res iudicium & iustitiam.

10 Deditque illa Regi centum & viginti talen-
ta auri, & aromata multa valde, & lapillos pre-
tiosos: non venerunt talia aromata vltra in *tan-
ta* multitudine, quæ dedit Regina **W**Sebá regi
WSelomóh.

11 Quinetiam nauis **H**irám quæ portabat au-
rum ex **O**phir, aduexit ex **O**phir coralia
multa valde & lapillos pretiosos.

12 Fecitque Rex **E** coraliis fulcra domus Ieho-
uæ & domus Regis, & citharas, & lyras canto-
ribus: non venerunt talia coralia, nec visa sunt
vsque ad diem hanc.

13 Rex autem **W**Selomóh dedit Reginæ **W**Se-
bá omnem voluntatem suam quam petiuit,
præter ea quæ dedit illi manu regia **W**Selo-
móh: post hæc vertit se, & abiit in terrā suam
ipsa & serui eius.

C

14 Erat autem pondus auri quod obueniebat
ipfi **W**Selomóh per annos singulos, sexcento-
rum & sexaginta sex talentorum auri:

15 Præter viros mercatores, & negotiationem
aromatiorum, & omnes Reges **Y**Arabia, &
duces terræ.

16 Fecit autem rex **W**Selomóh ducēta scuta ex
auro tracto: sexcentos aureos insumpsit in sin-
gula scuta.

17 Et trecentos clypeos ex auro tracto: tres mi-
nas auri insumpsit in singulos clypeos, & po-
suit eos Rex in domo saltus Lebanón.

18 Fecit præterea Rex folium eburneum ma-
gnum, & operuit illud auro obrizo.

19 Sex gradus erant folio, & summitas rotūda
erat in folio à parte eius posteriore, & fulcra
hinc & inde in loco selsionis, & duo leones
stabant ad fulcra ipsa.

20 Duodecim leones stabāt illic super sex gra-
dus hinc & inde: non fuit factum tale in vni-
uersis regnis.

21 Omnia insuper vasa potoria regis **W**Selo-
móh erant aurea, omnia item vasa domus sal-
tus Lebanón ex auro puro: non erat argentū,
nō reputabatur in dieb' **W**Selomóh quicquā:

D

22 Quia classis **T**harŵsiŵs erat regi per mare,
cum classe **H**irám: semel in tribus annis ve-
niebat classis **T**harŵsiŵs, quæ referebat aurū
& argentum, dentes elephantum, & simias, &
pauos.

23 Et magnificatus est Rex **W**Selomóh præ o-
mnibus Regibus terræ in diuitiis & sapientia.

24 Omnēsque habitatores terræ quærebāt fa-
ciem **W**Selomóh, vt audirent sapientiam eius
quam posuerat Deus in corde eius.

25 Et afferbant quisque munus suum, vasa ar-
gentea, & vasa aurea, & vestes, & arma, & aro-
mata, equos, & mulos: idque per singulos an-
nos.

26 Congregauit itaque **W**Selomóh currus &
equites: & fuerūt ei mille & quadringenti cur-
rus, & duodecim millia equitum, quos collo-
cauit in vrbibus curruum, & cum Rege in Ie-
ruŵsaláim.

2. Par. 1. d. 14

27 Et posuit Rex argentum in Ierusaláim tã-
quam lapides, & cedros posuit tanquam syco-
morus quæ crescunt in campestribus præ mul-
titudine.

28 Egressus equorum qui erat ipsius **W**Selo-
móh, erat ex **E**gypto: nam congregatio merca-
torum Regis accipiebant congregationem e-
quorum pretio.

29 Cæterum ascendeat & egrediebatur qua-
driga ex **E**gypto cum sexcentis argenteis: e-
quus verò cum ceterum & quinquaginta: & sic
omnes Reges **H**itthæorum & Reges **A**ram
per manum eorum educebant.

CAPVT XI.

1 Amore excæcatus Salomō, idololatriã fert in terrā sancta. 3 700 uxores Salomonis: & 300 cōcubinae. 7 Chamos, Moloch. 9 Ira scitur Deus Salomoni. 11 Salomonis regnū diuidendū. 14 Su scitur Dominus Adad aduersarium Salomonis. 17 Adad fugit à facie Dauidis vastantis Iudam. 21 Adad reuertitur in Iŵsrahel. 23 Razō aduersarius Salomonis suscitatus à Deo. 26 Ieroboam rebellis Salomonis. 29 Achias propheta tradit decem tribus Ieroboam. 40 Fugit Ieroboam Salomonem: & Moritur Salomon. 43 Regnat Roboam.

Rex autem **W**Selomóh adamauit mulie-
res alienigenas multas, & filiā **P**aryóh,
Moabitidas, **A**mmōnitidas, **E**domæas, & **S**i-
donias, & **H**itthæas:

2 De gētibus scilicet quas dixerat Iehouáh fi-
liis Iŵsrahel, Nō ingrediemini ad eas, & ipse
non ingredientur ad vos: siquidem inclinare
facient cor vestrum post deos suos: iis inquam
adhæsit **W**Selomóh amore.

Exo. 34. b. 16

3 Fuerunt

- 3 Fuerunt ei præterea vxores reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ: & declinare fecerunt mulieres eius, cor eius.
- 4 Et fuit, tempore senectutis ꝰSelomóh, vxores eius inclinauerunt cor eius post deos alienos, nec fuit cor eius perfectum cum Iehoua Deo suo, sicut fuerat cor Dauidis patris sui.
- 5 Sed abiit ipse post ꝰAꝰsthoréth deum ꝰSidoniorum, & post Milchón abominationem ꝰAmmonitarum.
- B 6 Fecit itaque ꝰSelomóh malum in oculis Iehouæ, & non adimpleuit *ut iret* post Iehouam sicut Dauid pater eius.
- 7 Tunc ædificauit ꝰSelomóh excelsum ipsi Chemóws abominationi Moáb in monte qui est eregione Ieruꝰsaláim, & Mólech abominationi filiorum ꝰAmmón.
- 8 Et sic fecit omnibus vxoribus suis alienigenis, quæ suffiebant & immolabant diis suis.
- 9 Iratus est ergo Iehouáh contra ꝰSelomóh, quòd declinasset cor eius à Iehoua Deo Iꝰraꝰxelis, qui apparuerat ei duabus vicibus,
- Suprà 9. d. 3
Supr. 6. b. 12 10 Et præceperat ei super hac re, ne abiret post deos alienos: & tamen non custodierat quod præceperat Iehouáh.
- 11 Dixit itaque Iehouáh ad ꝰSelomóh, Propterea quòd fuit hoc apud te, nec custodisti pactum meum, & decreta mea quæ præceperam tibi, scindendo scindá regnum à te, & dabo illud seruo tuo.
- Infra 12. d. 13 12 Verú tamen in diebus tuis non faciam hoc, propter Dauidem patrem tuum: *at de manu filij tui scindam illud.*
- C 13 Attamen totum regnum non scindam, sed tribú vná dabo filio tuo, propter Dauidem seruum meum, & propter Ieruꝰsaláim quam elegi.
- 14 Suscitauit igitur Iehouáh aduersarium ipsi ꝰSelomóh, Hadád ꝰEdomæum, de semine regio, qui erat in ꝰEdóm.
2. Reg. 8. d. 14 15 Fuit enim, quum esset Dauid in ꝰEdóm, & ascendisset Ioáb princeps militiæ ad sepeliendú interfectos, & percussisset omnem masculum in ꝰEdóm:
- 16 (Nam sex mensibus mansit ibi Ioáb, & vniuersus Iꝰraꝰxél, donec exterminaret omnem masculum in ꝰEdóm)
- 17 Túc aufugerat Hadád ipse, & viri ꝰEdomæi de seruis patris sui cum eo, vt irét in Ægyptú: Hadád autem erat puer paruulus.
- 18 Qui surgentes de Midián, venerút in Parán, & assumpserunt viros aliquot secum de Parán, & ingressi sunt Ægyptum ad Paryóh regem Ægypti, qui dedit ei domum, & cibum iussit *ut subministrarent ei, terram quoque dedit ei.*
- D 19 Inuenit ergo Hadád gratiam in oculis Paryóh valde, adeò vt dederit ei vxorem sororem vxoris suæ, sororem Thanhpenéws principis.
- 20 Peperit autem ei soror Thanhpenéws, Genubáth filium eius, ablastrauitque eum Thanhpenéws in medio domus Paryóh, & fuit Genubáth in domo Paryóh in medio filiorum Paryóh.
- 21 Quum autem Hadád audisset in Ægypto quòd dormisset Dauid cum patribus suis, quòdque mortuus esset Ioáb princeps militiæ: tū dixit ad Paryóh, Dimitte me, vt abeam ad terram meam.
- 22 Cui respondit Paryóh, Quo enim indiges apud me, vt quæras ire ad terram tuam? Et dixit, Non, sed dimittendo dimitte me.
- 23 Suscitauit quoque Deus illi aduersariú Rezon filium ꝰEliadáy, qui fugerat ab Hadadyé 2. Sam. 8. d. 3
zer rege ꝰSobáh domino suo:
- 24 Congregauerátq; ad se viros, & fuerat princeps exercitus quum interfecisset eos Dauid: abieruntque Damméꝰsec, & habitauerunt in ea, regnaueruntque in Damméꝰsec.
- 25 Fuitque aduersarius Iꝰraꝰxeli omnibus diebus ꝰSelomóh, & cū malo quod fecit Hadád: & detestatus est Iꝰraꝰxelem, regnauitque super Syriam.
- 26 Iarobyám autem filius Nebát ꝰEphratzi de 2. Par. 13. d. 6
ꝰSeradáh (nomen verò matris eius ꝰSeruyáh mulier vidua) seruus ipsi ꝰSelomóh, leuauit manum contra Regem.
- 27 Et hæc est res propter quam leuauit manum contra Regem, ꝰSelomóh ædificauit Milló, & obstruxit diruptionem ciuitatis Dauidis patris sui.
- 28 Vir autem Iarobyám erat potens robore: & videns ꝰSelomóh puerum quòd faciès opus erat, præfecit eum vniuerso oneri domus Ioꝰséph.
- 29 Eo autem tempore quū Iarobyám egressus esset de Ieruꝰsaláim, inuenit eum Aꝰnhiiáh ꝰSilonites propheta, in via, ipseque erat operus veste noua, erantque ambo soli in agro.
- 30 Tunc apprehendit Aꝰnhiiáh vestem illá nouam quæ erat super se, & scidit illam in duodecim scissionses.
- F 31 Dixitque ad Iarobyám, Tolle tibi decé scissionses: sic enim dixit Iehouáh Deus Iꝰraꝰxelis, Ecce ego scindo regnum de manu ꝰSelomóh, & dabo tibi decem tribus.
- 32 Tribus autem vna erit ei propter seruum meum Dauidem, & propter Ieruꝰsaláim ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus Iꝰraꝰxelis.
- 33 Eo quòd dereliquerunt me, & adorauerunt ꝰAꝰsthoréth deum ꝰSidoniorum, Chemóws deum Moáb, & Milchóm deum filiorú ꝰAmmón, nec ambulauerunt in viis meis, faciendo quod rectum est in oculis meis, & decreta mea, & iudicia mea, sicut Dauid pater eius.
- 34 Non tamen tollam quicquam regni de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter Dauidem seruú meum quem elegi: quia custodiuit præcepta mea & decreta mea:
- 35 Sed tollam regnum de manu filij eius, & dabo illud tibi, decem scilicet tribus:
- 36 Filio verò eius dabo tribum vná, vt sit lucerna Dauidi seruo meo omnibus diebus coram me in Ieruꝰsaláim ciuitate quâ elegi mihi vt ponerem nomen meum ibi.
- 37 Te autem assumam, & regnabis in omnibus quæ desiderabit anima tua, erisque Rex super Iꝰraꝰxelem.
- 38 Erit præterea, si audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectum est in oculis meis, custodiendo decreta mea, & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus, ero tecum: & ædificabo tibi domum firmam, sicut ædificauit Dauidi, & dabo tibi Iꝰraꝰxelem.
- 39 Et affligam semen Dauidis propter hoc: veruntamen

runtamen non omnibus diebus.

- 40 Quæsiuit autem **W**Selomóh interficere Iarobyám: propterea surgens Iarobyám fugit in **Ægyptu** ad **W**Sisac regem **Ægypti**: fuitq; in **Ægypto**, donec mortuus esset **W**Selomóh.
- 41 Reliqua verò acta **W**Selomóh, & quæcūque gessit, & sapientia eius nōne scripta sunt in libro actorum **W**Selomóh?
- 42 Dies autem quibus regnavit **W**Selomóh in **Ieruſaláim** super vniuersum **Iſrahelem**, fuerunt quadraginta anni.
- 43 Dormiuitque **W**Selomóh cū patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauidis patris sui: regnauitque **Renhabyám** filius eius pro eo.

CAPVT XII.

1 Roboam constituitur Rex à populo. 3 Petit populus à Roboam vt tributum à Salomone indictum minuat. 6 Cōsiliū senum. 8 Cōsiliū iuuenum. 11 Roboam sequutus cōsiliū iuuenū, duris verbis cum populo agit. 16 Scisio regni **Iſraēl**. 17 Roboam regnat super **Iudam**. 18 Adoram lapidatur. 20 Ieroboam regnat super **Iſraēlem**. 21 Roboam dehortatur Deus ne bella suscipiat contra fratres **Iſraēlitas**. 25 **Sichem**. 28 Ieroboam beneficij Dei immemor, facit duos vitulos aureos, quos Diuino honore dignatur.

2. Petr. 10. d. 1

- 1 **A**biit autem **Renhabyám** in **W**Sechém: in **W**Sechém nanque venerat vniuersus **Iſraēl** vt Regem constituerent eum.
- 2 Fuit verò, quū audisset Iarobyám filius **Nebát** (qui adhuc erat in **Ægypto**, quò fugerat à facie regis **W**Selomóh) tum reuersus est Iarobyám ex **Ægypto**.
- 3 Miseruntque, & vocauerunt eum: venerunt autē Iarobyám & vniuersa congregatio **Iſraēlis**, & loquuti sunt ad **Renhabyám**, dicendo,
- 4 Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, sed tu nunc alleuia de seruitute patris tui dura, & de iugo eius graui quod posuit super nos, & seruiemus tibi.
- 5 Dixitque ad eos, Abite vsque ad tres dies, & reuertimini ad me. Abiit ergo populus.
- B 6 Et cōsiliū iniit rex **Renhabyám** cum senioribus qui steterāt coram **W**Selomóh patre suo, adhuc eo viuente, dicendo, Quomodo cōsulitis vos, vt respondeam populo huic verbū?
- 7 Et loquuti sunt illi, dicendo, Si hodie fueris seruus populo huic, seruiersque eis, & responderis eis, loquutusque fueris eis verba bona, erunt tibi serui omnibus diebus.
- 8 Dereliquit autem cōsiliū seniorum quod consuluerant ei, & cōsiliū iniit cum iuuenibus qui adoleuerant cum eo, qui stabant coram eo:
- 9 Dixitque ad eos, Quid consulitis vos, vt respondeamus verbum populo huic, qui loquuti sunt mihi dicendo, Alleuia de iugo quod posuit pater tuus super nos?
- C 10 Dixerunt autem ei iuuenes qui adoleuerāt cum eo, dicēdo, Sic loquēris populo huic, qui loquuti sunt tibi dicendo, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu autem alleuia à nobis: sic inquam loquēris ad eos, Minim⁹ digitus meus crassior est lumbis patris mei.
- 11 Nunc ergo pater meus onus imposuit vobis iugum graue, ego autem addam iugo vestro: pater meus corripuit vos flagellis, ego autem corripiam vos scorpionibus.
- 12 Venit itaque Iarobyám & vniuersus populus ad **Renhabyám** die tertio, sicut loquutus fuerat Rex, dicendo, Reuertimini ad me die tertio.

Ecc. 47. d. 28

- 13 Responditque Rex populo dura, relicto cōsilio seniorum quod consuluerant ei:
- 14 Loquutus est autem ad eos secundum cōsiliū iuuenum, dicendo, Pater meus aggrauauit iugum vestrū, ego verò addam iugo vestro: pater meus corripuit vos flagellis, ego verò corripiam vos scorpionibus.
- 15 Et non exaudiuit Rex populum: fuit enim causa à **Iehoua**, vt confirmaret verbum suum quod loquutus fuerat ipse per manū **Anhiiah** **W**Silonitæ ad Iarobyám filium **Nebát**.
- 16 Quum autem vidisset vniuersus **Iſraēl** quòd non exaudisset eos Rex, responderunt Regi in hunc modum, Quæ nobis portio in **Dauid**? neque hereditas est nobis in filio **Iſai**. vade in tabernacula tua o **Iſraēl**: nunc vide domum tuam o **Dauid**. Abiit itaque **Iſraēl** in tabernacula sua.
- 17 Super filios autem **Iſraēl** qui habitabant in vrbus **Iehudáh**, regnauit **Renhabyám**.
- 18 Misit verò rex **Renhabyám** ipsum **Adoram** qui erat super tributum, & lapidauerunt eum vniuersus **Iſraēl** lapidibus, ac mortuus est: rex autem **Renhabyám** roborauit seipsum vt ascenderet currum vt fugeret in **Ieruſaláim**.
- 19 Et præuaricati sunt **Iſraēlita** in domum **Dauidis** vsque hodie.
- 20 Fuit itaque, quum audisset vniuersus **Iſraēl** quòd reuersus esset Iarobyám, miserunt, ac vocauerunt eum ad congregationem, & Regem constituerunt eum super vniuersum **Iſrahelem**: non fuit post domum **Dauidis** nisi tribus **Iehudáh** sola.
- 21 Venit ergo **Renhabyám** in **Ieruſaláim**, & congregauit vniuersam domum **Iehudáh**, & tribum **Biniamin**, centum scilicet & octoginta millia electorum facientium bellum, vt pugnaret cum domo **Iſraēlis**, vt reduceret regnum ad se filium **W**Selomóh.
- 22 Fuit autem verbum Dei ad **W**Semayah virū Dei, dicendo,
- 23 Dic ad **Renhabyám** filiū **W**Selomóh regem **Iehudáh**, & ad vniuersam domum **Iehudáh** & **Biniamin**, & residuo populi, his verbis,
- 24 Sic dixit **Iehouah**, Ne ascendatis, neq; pugnetis contra fratres vestros filios **Iſraēlis**: reuertimini quisque in domum suam, quia à me facta est res ista. Et paruerūt verbo **Iehoue**, reuersique sunt vt ab irent iuxta verbum **Iehouæ**.
- 25 **Ædificauit** autem Iarobyám **W**Sechém in mote **Ephraim**, habitauitque in ea: & egressus inde, **ædificauit** **Penthel**.
- 26 Dixit autem Iarobyám in corde suo, Nunc reuertetur regnum ad domum **Dauidis**.
- 27 Si ascenderit populus iste ad faciendū sacrificia in domo **Iehouæ** in **Ieruſaláim**, conuertetur cor populi huius ad dominum suū **Renhabyám** regem **Iehudáh**, & me interfecto, reuertetur ad **Renhabyám** regē **Iehudáh**.
- 28 Cōsilio itaque inito Rex fecit duos vitulos aureos, dixitque ad eos, Sufficiat vobis ascendisse hactenus in **Ieruſaláim**: ecce dii tui o **Iſraēl**, qui eduxerunt te è terra **Ægypti**.
- 29 Et posuit vnum in **Beth-el**, & alterum posuit in **Dán**.
- 30 Fuitque res ista in peccatum, ita vt iret populus coram vno vsque in **Dán**.
- 31 Fecit præterea domum excelforum, & con-

D
Supr. 11. b. 11

E

2. Petr. 11. d. 3

F

Supr. 11. g. 17

Exod. 32. b. 8

G

2. Petr. 11. b.

49

stituit sacerdotes quosdam de populo qui nō erant de filiis Leui.

- 32 Fecit insuper Iarobyām solennitatem mēse octauo, quintadecima die mensis, secundum solennitatem quæ erat in Iehudáh: & obtulit super altare: similiter fecit in Beth-*nél*, immolando vitulis quos fecerat: & constituit in Beth-*nél* sacerdotes excelsorum quæ fecerat.
- 33 Obtulit quoque super altare quod fecerat in Beth-*nél* quintadecima die, mense octauo, mense inquam quem eduxerat de corde suo: & constituit solennitatem filiis Iſrahel, & ascendit ad altare vt suffiret.

CAPVT XIII.

1 Ieroboam sacrificans vitulis, increpatur à Propheta. 2 Iofias rex prænuntiatur. 3 Signum. 4 Extensa manus Ieroboam in Prophetam, arefcit. 5 Orante Propheta, restituitur manus Ieroboam. 7 Propheta nihil suscipit à contemneute verbum Dei. 11 Pseudopropheta. 21 Propheta verbo Dei inobediens, occiditur à leone immiso à Deo. 24 Prouidentia Dei, cadaver Prophetæ occisi à leone seruat ab eodem leone. 29 Sepelitur Propheta. 30 Planctus. 31 Sepultura. 33 Ieroboam impius nō conuertitur.

ECCE autem, vir Dei venit de Iehudáh in verbo Iehouæ in Beth-*nél*: Iarobyām autē stabat iuxta altare vt suffiret.

4. Reg. 23. d.
17

- 2 Et in clamauit cōtra altare in verbo Iehouæ, & dixit, Altare altare, sic dixit Iehouáh, ecce filius nascetur domui Dauidis, cuius nomen Iſosiah, qui immolabit super te, & ossa hominum comburent super te.
- 3 Et dedit eodem die portentum, dicendo, Hoc est portentum quod loquutus est Iehouáh, Ecce, altare scinderetur, & effunderetur cinis qui est super illud.
- 4 Fuit autem, quum audisset Rex verbum viri Dei quod in clamauerat contra altare in Beth-*nél*, tunc extendit ipse Iarobyām manum suam ab altari, dicendo, Apprehendite eum. & exaruit manus eius quam extenderat in eum, & non potuit retrahere eam ad se.
- B** 5 Altare insuper scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta portentum quod dederat vir Dei in verbo Iehouæ.
- 6 Loquutus est ergo Rex, & dixit viro Dei, Precare quæso faciem Iehouæ Dei tui, & ora pro me, vt reuertatur manus mea ad me. Precatus est itaque vir Dei, faciem Iehouæ, & reuersa est manus Regis ad eum, fuitque sicut prius.
- 7 Tunc loquutus est Rex ad virum Dei, Veni mecum domum, & corrobora te, dabóque tibi donum.
- 8 Et dixit vir Dei ad Regem, Si dares mihi dimidium domus tuæ, non irem tecum, nec comederem panem, neque biberem aquam in loco isto:
- C** 9 Sic enim præcepit mihi in verbo Iehouæ, dicendo, Non comedes panem, neque bibes aquam, neque reuerteris per viam per quam iueris.
- 10 Abiit itaque per aliam viam, nec est reuersus via qua venerat in Beth-*nél*.
- 11 Propheta autem vnus senex habitabat in Beth-*nél*, cuius filius venit, & narrauit ei omne opus quod fecerat vir Dei eo die in Beth-*nél*, & verba quæ dixerat Regi, narraueruntque ea patri suo.
- 12 Tunc dixit illis pater ipsorum, Quanam via abiit? Et viderunt filij eius viam qua abierat

vir Dei qui venerat de Iehudáh.

- 13 Dixit præterea filiis suis, Sternite mihi asinum. Qui strauerunt ei asinum: & sedit super eum,
- 14 Atque abiit post virum Dei: quem inuenit sedentem subter quercum, dixitque ad eum, Tūne es vir ille Dei qui venisti de Iehudáh? Et ait ille, Sum.
- 15 Tum ait ei, Veni mecum domum, & comede panem.
- 16 Ille respondit, Non possum reuerti tecum, & ingredi tecum: nec comedam panem, neque bibam tecum aquam in loco isto.
- 17 Verbum enim fuit ad me in verbo Iehouæ, Nō comedes panem, neque bibes ibi aquam: non reuerteris vt eas per viam per quā venisti.
- 18 Respondit ei, Etiam ego propheta sum sicut tu: Angelusque loquutus est mihi in verbo Iehouæ, dicendo, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. Et mentitus est ei.
- 19 Reuersus est itaque cum illo, & comedit panem in domo eius, & bibit aquam.
- 20 Fuit verò, quum ipsi assiderent mensæ, factum est verbum Iehouæ ad prophetam qui reduxerat eum:
- 21 Et clamauit ad virum Dei qui venerat de Iehudáh, dicendo, Sic dicit Iehouáh, Propterea quod rebellis fuisti ori Iehouæ, nec seruasti præceptum quod præceperat tibi Iehouáh Deus tuus:
- 22 Sed reuersus es, & comedisti panem, atque bibisti aquam in loco de quo dixerat tibi, Non comedes panem, neque bibes aquam: non ingredietur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum.
- 23 Postquam ergo comedisset panem, & bibisset, strauit ei asinum, nempe prophetae quem reduxerat.
- 24 Quum itaque abiisset, inuenit eum leo in via, qui occidit eum: & erat cadaver eius iacēs in via, asinusque stabat iuxta illud, leo quoque stabat iuxta cadaver.
- 25 Et ecce viri transeuntes viderunt cadaver illud iacens in via, & leonem stantem iuxta illud: qui venientes dixerunt in vrbe in qua propheta senex manebat.
- 26 Quod quum audisset propheta ille qui reduxerat eum de via, dixit, Vir Dei est qui rebellis fuit ori Iehouæ: ideo tradidit eum Iehouáh leoni & confregit, occiditque eum iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat ei.
- 27 Loquutus est insuper ad filios suos, dicendo, Sternite mihi asinum. Et strauerunt.
- 28 Qui quum abiisset, inuenit cadaver eius iacens in via, atque asinum & leonem stantes iuxta cadaver: non comedit leo cadaver, neque confregit asinum.
- 29 Et tulit propheta cadaver viri Dei, posuitque illud super asinum, ac reduxit illud: & venit in urbem suam, vt plangeret, & sepeliret eum.
- 30 Posuit autem cadaver eius in sepulchro suo, & planxerunt eum, Heu frater mi.
- 31 Postquam autem sepeliuit eum, dixit filiis suis hoc modo, Quum mortuus fuero, sepeliteme in sepulchro in quo vir Dei est sepultus, iuxta ossa eius ponite ossa mea.
- 32 Euenit enim id quod exclamauit in verbo Iehouæ contra altare quod est in Beth-*nél*, & contra

Contra omnes domos excelforum que sunt in vrbibus wSomerón.

- 33 His gestis non est reuersus Iarobyám à via sua mala: sed rursus fecit quosdam è populo sacerdotes excelforum: qui volebat, implebat manú suam, & erat de sacerdotibus excelforú.
- 34 Et fuit hæc res in peccatum domus Iarobyám, & vt extirparetur, atque deleteretur è superficie terræ.

CAPVT XIII.

4 Vxor Ieroboam consulit Abiam prophetam super filio suo agrotó. 7 Ieroboam se funditus euersurú propter idololatriã prædicit Deus per Prophetam. 8 Laudatur Dauid à Deo. 12 Signum morturi Abia. 15 Israël periturus propter idololatriã. 17 Abia filius Ieroboam moritur. 19 Moritur Ieroboam. 20 Regnat Nadab. 22 Idololatria Iudæ. 25 Sefac rex Aegypti, diripit domum Domini. 31 Moritur Roboam.

1 In illo tempore ægrotauit Abiáh filius Iarobyám.

2 Dixitque Iarobyám ad vxorem suam, Surge nunc, & muta te ipsam, ne cognoscant quod sis vxor Iarobyám: & vade in wSilóh, ecce ibi est Anhiáh propheta, qui loquutus fuerat de me quod futurus essem Rex super populum suú.

3 Cape autem in manu tua decem panes, & crustula, & vasculum mellis, & vade ad eum: ipse indicabit tibi quid euenturum sit puero.

4 Et fecit sic vxor Iarobyám: surgens nanque abiit in wSilóh, & venit in domum Anhiáh: Anhiáh autem non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ senectute eius.

5 Iehouáh autem dixit ad Anhiáh, Anhiáhu ecce vxor Iarobyám venit vt quærat aliquid à te de filio suo, quia ægrotat: talia & talia loqueris ei: & erit, quú illa veniet, aliam præ se feret.

6 Quum ergo audisset Anhiáhu sonitum pedum eius venientis ad ostium, dixit, Ingredere vxor Iarobyám, cur aliam præ te fers? ego autem misus sum ad te cum dura iustione.

7 Vade, dic ad Iarobyám, Sic dixit Iehouáh Deus wIsraëlis, Propterea quod exaltaui te è medio populi, & posui te ducem super populum meum wIsraëlem,

8 Ac scidi regnum à domo Davidis, & dedi illud tibi: tu verò non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit præcepta mea, & qui ambulauit post me toto corde suo, faciendo tantum quod rectum est in oculis meis:

9 Sed malefecisti faciendo præ omnibus qui fuerunt ante te: abiisti enim, & fecisti tibi deos alienos, & conflatilia, vt irritares me, me autem proiecisti post corpus tuum:

10 Idcirco ego adduco malum super domum Iarobyám, & excidam de Iarobyám mingenrem ad parietem, clausum & derelictum in wIsraële, & remouebo domum Iarobyám, sicut remouet quis sterquiliniú, donec finiatur.

11 Eum qui mortuus fuerit de Iarobyám in vrbe, comedent canes: eum verò qui mortuus fuerit in agro, comedent volucres cæli: Iehouáh enim loquutus est.

12 Tu autem surge, vade in domum tuam: quando ingrediètur pedes tui vrbé, morietur puer,

13 Plangèntque eum vniuersus wIsraël, ac sepelient eum: iste enim solus de Iarobyám ingrediètur in sepulchrum, quod inuenta sit res in eo grata Iehouæ Deo wIsraëlis in domo Iarobyám.

14 Et consurgere faciet Iehouáh sibi Regem super wIsraëlem qui excidet domum Iarob-

yám hoc die: & quid est hoc etiam nunc?

15 Percuriètque Iehouáh wIsraëlem, sicut moeuer arundo in aqua, & auellet ipsum wIsraëlem è terra bona ista quam dedit patribus eorú, & disperget eos trans Flumen, eo quod fecerunt lucos suos, irritantes Iehouam.

16 Tradètq; wIsraëlé propter peccata Iarobyám qui peccauit & peccare fecit wIsraëlem.

17 Surrexit itaque vxor Iarobyám, & abiit, peruenitque in Thirsáh: ipsa autem ingrediente limen domus, mortuus est puer.

18 Et sepelierunt eum, planxeruntque eum vniuersus wIsraël, iuxta verbú Iehouæ quod loquutus fuerat per manum serui sui Anhiáhu prophetæ.

19 Reliquum autem verború Iarobyám, quomodo pugauerit, & quomodo regnauerit, en scripta sunt in libro verborum dierum Regum wIsraëlis.

20 Dies autè quibus regnauit Iarobyám, duo & viginti anni fũere: dormiuitque cum patribus suis, & regnauit Nadáb filius eius pro eo.

21 Renhabyám autem filius wSelomóh regnauit in Iehudáh. vnius & quadraginta annorú erat Renhabyám quando regnare cœpit, & septendecim annis regnauit in Ierusaláim, ciuitate quam elegit Iehouáh, vt poneret nomé suum ibi ex omnibus tribubus wIsraëlis: nomen autem matris eius fuit Nayamáh yAmmonithis.

22 Fecitque Iehudáh malum in oculis Iehouæ, & ad iracundiam prouocauerunt eum magis quàm omnia quæ fecerant patres eorum peccatis suis quæ peccauerant.

23 Nam ædificauerunt etiam ipsi sibi excelsa, & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem viridem.

24 Fuerunt etiam scorta mascula in terra, fecerunt secundum omnes abominaciones Gentíú quas eiecit Iehouáh à facie filiorú wIsraëlis.

25 Fuit autè, anno quinto regis Renhabyám ascendit wSisác rex Aegypti contra Ierusaláim:

26 Et tulit thesauros domus Iehouæ ac thesauros domus regis, omnia inquam tulit: tulit & omnia scuta aurea quæ fecerat wSelomóh.

27 Fecitq; rex Renhabyám pro eis scuta ærea, & deposuit in manu principum cursorum qui custodiebant ostium domus regis.

28 Fuit autem quo tempore ibat Rex domum Iehouæ, deferebant ea cursores, & referebant ea ad thalamum cursorum.

29 Reliquum autem verborum Renhabyám, & omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?

30 Fuit verò bellú inter Renhabyám & Iarobyám cunctis diebus.

31 Dormiuitque Renhabyám cū patribus suis, ac sepultus est cum illis in Ciuitate Davidis: & nomen matris eius Nayamáh yAmmonithis. Et regnauit Abiáh filius eius pro eo.

CAPVT XV.

1 Abiam impius regnat super Iudam. 2 Absalom filius Salomonis hic dicitur Abesalon. 3 Laus Davidis. 8 Moritur Abiam. 9 Succedit pius Asa. 16 Bellú inter Asa & Baasa. 17 Rama ædificatur. 18 Asa misit muneribus, petit auxiliú à Ben-adad. 20 Ben-adad oppugnat wIsraëlem. 22 Destruitur Rama. Gabaa Benjamin. Maspha. 24 Moritur Asa. Iosaphat succedit Asæ. 25 Nadab impius. 28 Baasa occidit Nadab, regnatque pro eo. 29 Domus Ieroboam destruitur.

Supr. 11. f. 31

B

C

Infra 15. f. 29

D

E

2. Par. 12. d. 1

F

G

Supr. 10. c. 16

2. Par. 11. d. 22 1 **P**orrò anno decimo octauo Regis Iarobyám filij Nebát regnauit Abiiám super Iehudáh.

2 Tribus annis regnauit in Ierusaláim: nomen autem matris eius fuit Mayacháh filia Abiwsalóm.

3 Et ambulauit in omnibus peccatis patris sui quæ fecerat ante eum, nec fuit cor eius perfectum cum Iehoua Deo suo sicut cor Dauidis patris sui.

4 Attamen propter Dauidem dedit Iehouáh Deus eius ipsi lucernam in Ierusaláim, suscitando filium eius post eum, & stabiliendo Ierusaláim:

5 Quòd fecisset Dauid quod rectum erat in oculis Iehouæ, neque declinasset ab ullo eorum quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, præterquam in re Vriiáh & Hitthai.

B 2. Re. 11. d. 4. c 17, & 12. b. 9 6 Bellum autem fuerat inter Renhabyám & Iarobyám cunctis diebus vitæ illius.

7 Reliquum autem verborum Abiiám, & omnia quæ fecit, nonne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh? fuit inquam bellum inter Abiiám & Iarobyám.

2. Par. 13. d. 3 2. Par. 14. d. 1 8 Dormiuit autem Abiiám cum patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauidis: regnauitque Aofsá filius eius pro eo.

9 Anno itaque vicesimo ipsius Iarobyám regis Iwsraëlis regnauit Aofsá super Iehudáh.

10 Et quadraginta vno anno regnauit in Ierusaláim: nomenque matris eius Mayacháh filia Abiwsalóm.

11 Fecit autem Aofsá quod rectum erat in oculis Iehouæ, sicut Dauid pater eius.

C 12 Sustulit enim scorta mascula de terra: & abstulit vniuersa idola quæ fecerant patres eius.

13 Et etiam Mayacháh matrem suam amouit ne esset princeps, quæ fecerat idolum in luco, & succidit Aofsá idolum eius, & combussit in torrente Cedron.

14 Excelsa autem non sustulerunt: attamè cor Aofsá erat perfectum cum Iehoua omnibus diebus suis.

15 Et intulit sanctificationes patris sui, & sanctificationes suas in domum Iehouæ, argètum, & aurum, & vasa.

16 Bellum autem fuit inter Aofsá & Bayawfsá regem Iwsraëlis omnibus diebus eorum.

17 Ascendit namque Bayawfsá rex Iwsraëlis aduersum Iehudáh, & edificauit Ramáh, ne permitteret egredientem & ingredientem ad Aofsá regem Iehudáh.

D 18 Et tollens Aofsá omne argentum & aurum quæ reliqua erant in thesauris domus Iehouæ & thesauris domus regis, dedit ea in manu suorum seruorum, misitque ea rex Aofsá ad Benhadád filium Tabrimmón filij Hezión regis Arám qui habitabat in Dammésec, dicendo,

19 Fœdus est inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum: ecce mitto ad te munus, argentum & aurum: vade, irritum fac pactum tuum cum Bayawfsá rege Iwsraëlis, vt recedat à me.

20 Morem itaque gessit Benhadád regi Aofsá, & misit principes exercitus quos habuit cõtra vrbes Iwsraëlis, & percussit Ilión & Dán, atq; Abel-beth-mayacháh, & vniuersam Chinneróth cum vniuersa terra Naphthali.

E 21 Fuit autem, quum audisset Bayawfsá, destitit

ædificare Ramáh, mansitque in Thirsáh.

22 Tunc rex Aofsá congregauit vniuersum Iehudáh, nemo fuit exemptus: & tulerunt lapides Ramáh & ligna eius quæ edificauerat Bayawfsá, & extruxit ex eis rex Aofsá, Gébay Biniámin, & Mirspáh.

23 Reliquum autem omnium verborum Aofsá, & omne robur eius, & quidquid fecit, & vrbes quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh? veruntamen tempore senectutis suæ ægrotauit pedibus suis.

24 Dormiuitque Aofsá cū patribus suis, ac sepultus est cum illis in Ciuitate Dauidis patris sui: regnauitque Iehowaphát filius eius pro eo.

25 Nadáb autem filius Iarobyám regnare cepit super Iwsraëlem anno secundo Aofsá regis Iehudáh, & regnauit super Iwsraële duobus annis.

26 Fecitque malum in oculis Iehouæ, & ambulauit in via patris sui, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Iwsraëlem.

27 Conspirauit autem aduersus eum Bayawfsá filius Anhiáh de domo Iwsachár, percussitque eum Bayawfsá in Gibbethón, quæ erat Pelisihæis (Nadáb autem & vniuersus Iwsraële obsidebant Gibbethón.)

28 Interfecitque eum Bayawfsá anno tertio Aofsá regis Iehudáh, & regnauit pro eo.

29 Et fuit, quum regnare cepisset, percussit vniuersam domum Iarobyám, non reliquit vllam animam ipsi Iarobyám, donec disperdidit eum, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat per manum serui sui Anhiáh & Silonitæ.

30 Propter peccata Iarobyám quæ peccauit, & peccare fecit Iwsraëlem, propter irritationem eius qua irritauit Iehouam Deum Iwsraëlis.

31 Reliquum autem verborum Nadáb, & omnia quæ fecit, nonne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iwsraëlis?

32 Bellum verò fuit inter Aofsá & Bayawfsá regem Iwsraëlis omnibus diebus eorum.

33 Anno tertio Aofsá regis Iehudáh regnauit Bayawfsá filius Anhiáh super vniuersum Iwsraëlem in Thirsáh, viginti quatuor annis.

34 Fecitque malum in oculis Iehouæ, ambulauitque in via Iarobyám, & in peccato eius quo peccare fecit Iwsraëlem.

CAPVT XVI

2 Iehu predicat Baase interitum propter idololatriam. 6 Baasa mortuo succedit Ela. 9 Zambri occidit Elam. 11 Zambri regnans pro Ela, delet domum Baasa. 16 Contempto Zambri, eligitur Amri. 18 Zabri succedit seipsum. 21 Thebni. 24 Samaria mons. 28 Moritur Amri. 29 Achab impius succedit Amri. 31 Ducit uxorem Iezabel. 34 Reaedificat Iericho.

1 **F**uit autem verbum Iehouæ ad Iehú filium Anhanáni contra Bayawfsá, dicendo,

2 Propterea quòd exaltaui te de puluere ipso, (posui namque te ducem super populum meum Iwsraëlis) & tamen ambulasti in via Iarobyám, & peccare fecisti populum meum Iwsraëlem, irritando me peccatis eorum:

3 En ego remoueo posteros Bayawfsá, & posteros domus eius: daboque domum tuam sicut domum Iarobyám filij Nebát.

4 Eum qui mortuus fuerit ex Bayawfsá in ciuitate, comedent canes: eum verò qui mortuus fuerit ex eo in agro, comedent aues cæli.

5 Reliquum autem verborum Bayawfsá, & quæ fecit, atque fortitudo eius, nonne scripta sunt in libro

F

Supr. 14. c. 10

G

Supr. 15. f. 29

B

- in libro verborum dierum Regum Iſraēlis?
2. Par. 4. 16. 4. 1
- 6 Quum autem dormisset Bayawſá cum patribus suis, sepultus est in Thirſáh, & regnavit Eláh filius eius pro eo.
- 7 Et etiam per manum Iehú filij nHanáni prophetae verbum Iehouæ fuerat super Bayawſá & super domum eius, & super omne malum quod fecit in oculis Iehouæ, irritando eum opere manuum suarum, quod futura esset sicut domus Iarobyám, & propterea quod percussisset eum.
- 8 Anno vicesimo sexto Aſá regis Iehudáh, regnavit Eláh filius Bayawſá super Iſraēlem in Thirſáh duobus annis.
- C
- 9 Coniuravit autem aduersus eum seruus eius Zamri princeps mediæ partis currum: eratq; in Thirſáh bibens & ebrius in domo Arſá, qui erat super domum Thirſáh.
4. Reg. 2. 8. 31
- 10 Et veniens Zimri, percussit eum, & occidit eum anno vicesimo septimo Aſá regis Iehudáh, & regnavit pro eo.
- 11 Fuit autem quum ipse regnaret, federetque super solium eius, percussit omnem domum Bayawſá (non reliquit ex ea mingentem ad parietem) & propinquos eius & amicos eius.
- 12 Deleuitque Zimri vniuersam domum Bayawſá iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat super Bayawſá in manum Iehú Prophetae,
- 13 Propter vniuersa peccata Bayawſá, & peccata Eláh filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Iſraēlem, ita ut irritarent Iehouam Deum Iſraēlis in vanitatibus suis.
- D
- 14 Reliquum autem verborum Eláh, & omnia quæ fecit, nonne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iſraēlis?
- 15 Anno vicesimo septimo Aſá regis Iehudáh, regnavit Zimri septem diebus in Thirſáh: populus autem castrametabatur contra Gibbethón quæ erat Peliſthinis.
- 16 Audiens autem populus qui erat in castris, huiusmodi verba, Coniuravit Zimri, & etiam percussit Regem: tunc Regem constituerunt vniuersus Iſraēl & Omri principem exercitus super Iſraēlem die illa, in castris.
- 17 Ascenditq; Omri, & vniuersus Iſraēl cū eo de Gibbethón, & obsederunt Thirſáh.
- 18 Quumque videret Zimri captam esse ciuitatem, ingressus palatium domus regiae, combussit super se domum regiam igni, ac mortuus est,
- E
- 19 Propter peccata sua quibus peccauit, faciendo quod malum est in oculis Iehouæ, ambulando in via Iarobyám, & in peccatis eius quæ fecerat, peccare faciendo Iſraēlem.
- 20 Reliquum autem verborum Zimri, & coniuratio eius qua coniuravit, nonne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iſraēlis?
- 21 Tunc diuisus est populus Iſraēlis in duas partes: dimidia pars populi sequebatur Thibni filium Gináth, ut constituerent eum Regē, & altera dimidia pars sequebatur Omri.
- 22 Præualuit autem populus qui sequebatur Omri, populo qui sequebatur Thibni filium Gináth, & mortuus est Thibni, regnavit verò Omri.
- 23 Anno tricesimo primo Aſá regis Iehudáh regnavit Omri super Iſraēlem duodecim annis: in Thirſáh regnavit sex annis.
- F
- 24 Emitque mōtem ōSomerón à quodam ōSé-

- mer duobus talentis argenti, & edificauit mōtem: vocauitque nomen ciuitatis quam edificauit, de nomine ōSémer domini illius mōtis, ōSomerón.
- 25 Fecit autem Omri mōtem in oculis Iehouæ, & peius fecit omnibus qui fuerunt ante se.
- 26 Ambulauitque in omni via Iarobyám filij Nebát, & in peccato eius quo peccare fecit Iſraēlem, irritando Iehouam Deum Iſraēlis in vanitatibus suis.
- 27 Reliquum autem verborum Omri, & omnia quæ fecit, & fortitudo eius quam fecit, nonne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iſraēlis?
- 28 Dormiuitque Omri cum patribus suis, ac sepultus est in ōSomerón, regnavitq; Anhab filius eius pro eo.
- 29 Anhab autem filius Omri regnavit super Iſraēlem anno tricesimo octauo Aſá regis Iehudáh: regnavit in quâ Anhab filius Omri super Iſraēlem in ōSomerón viginti duobus annis.
- 30 Fecitque Anhab filius Omri peius in oculis Iehouæ omnibus qui fuerunt ante se.
- 31 Fuit autem (nonne leue fuit ei ambulare in peccatis Iarobyám filij Nebát?) ut acciperet uxorem Izébel filiam Eth-baal regis Sidoniorum, & abiit & seruiuit Bayal, incurauitque se ei.
- 32 Et erexit altare ipsi Bayal in domo Bayal quam edificauerat in ōSomerón:
- 33 Fecitque Anhab lucū, addiditq; ipse Anhab facere ad irritandum Iehouam Deum Iſraēlis præ cæteris Regibus Iſraēlis qui fuerunt ante se.
- 34 In diebus eius nHikél Beth-xelita edificauit Ierethó: in Abiram primogenito suo fundauit eam, & in ōSegúb minimo suo statuit portas eius, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat per manum Iehouſúay filij Nū.

CAPVT XVII.

- 1 Elias sanem predicat ipsi Achab. 2 Ut fugiat, hortatur Eliam Deus. 3 Providentia Dei, Elias pascitur a coruis. 4 Mittitur ad mulierem Sarepthanam pauperrimam. 5 Oratioe Eliæ suscitatur filius hospite sue.
- 1 Dixit autem Eliáhu Thibſbites de aduenis Gilyád, ad Anhab, Viuit Iehouáh Deus Iſraēlis, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia nisi secundum verbum meum.
- 2 Fuitque verbum Iehouæ ad eum, dicendo,
- 3 Abi hinc, & verte te ad Orientē, & absconde te in torréte Cherith qui est eregione Iardén.
- 4 Et erit, de torrente bibes, coruis autem præcepi ut pascant te ibi.
- 5 Qui abiit, & fecit iuxta verbū Iehouæ: abiit inquam, & sedit in torrente Cherith qui erat eregione Iardén.
- 6 Corui autem afferebant ei panem & carnes mane, panem quoque & carnes vesperi: & de torrente bibebat.
- 7 Post dies verò aliquot aruit torrens ille: non enim fuerat pluuia in terra.
- 8 Fuit itaque verbum Iehouæ ad eum, dicēdo,
- 9 Surge, vade in Sarpháth quæ est ipsius Sidón, & mane ibi: ecce præcepi mulieri viduæ ut pascat te.
- 10 Qui surgens abiit in Sarpháth, & deuenit ad portam ciuitatis. ecce autem ibi erat mulier

Iosue 6. d. 26

Eccli. 4. d. 4. 3
Iac. 5. d. 16

B
Luc. 4. d. 25

- vidua colligens ligna: & vocauit eam, ac dixit, Affer obsecro mihi paululum aquæ in vase, vt bibam.
- 11 Quæ abiit vt tolleret: reuocauit autem eam, & dixit, Tolle obsecro mihi etiam buccellam panis in manu tua.
- 12 Illa ait, Viuit Iehouáh Deus tuus, si est mihi panis subcineritius præter plenam volam farinæ in hydria, & paululum olei in lenticula: & en ego colligo duo ligna, vt vadam, & præparem illud mihi & filio meo, comedamúsque illud, ac moriamur.
- C 13 Dixit verò ad eam Eliáhu, Ne timeas, vade, fac secundum verbum tuum: veruntamen fac mihi inde subcineritium panem paruú prius, & affer mihi: tibi auté & filio tuo facies postea.
- 14 Sic enim dixit Iehouáh Deus Iſrahél, Hydria farinæ non consumetur, & lenticula olei non deficiet vsque in diem quo dabit Iehouáh pluuiam super faciem terræ.
- 15 Abiit ergo, & fecit secundú verbum Eliáhu: & comedit ipsa & ipse, & familia eius per dies.
- 16 Hydria farinæ non defecit, & lenticula olei non defecit, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat per manum Eliáhu.
- 17 Fuit autem, post hæc ægrotauit filius mulieris dominæ domus: eratque ægritudo eius vehemens valde, adeò vt non remaneret in eo halitus.
- 18 Dixit ergo ad Eliáhu, Quid mihi & tibi vir Dei? venisti ad me vt in memoriam reduceres iniquitatem meam, & mori faceres filiú meum?
- D 19 Dixitque ad eam, Da mihi filium tuum. Et ipse tulit eum de sinu illius, portauitque eum in cœnaculum in quo manebat, & posuit eum super lectum suum:
- 20 Tunc clamauit ad Iehouam, ac dixit, Iehoua Dens mi, etiámne viduam apud quam habito, afflixisti, interficiendo filium eius?
- 21 Et admensus est sese super puerum tribus vicibus, clamauitque ad Iehouam, & dixit, Iehoua Deus mi, reuertatur obsecro anima pueri huius in interiora eius.
- 22 Et exaudiuit Iehouáh vocem Eliáhu, reuersaque est anima pueri in interiora eius, & reuixit.
- 23 Tulitque Eliáhu puerum, & deduxit eum de cœnaculo in domum, ac dedit illum matri suæ: dixitque Eliáhu, Vide, viuit filius tuus.
- 24 Et ait mulier ad Eliáhu, Nunc iam noui quòd vir Dei es, & verbum Iehouæ quod est in ore tuo, veritas est.
- CAPVT XVIII.
- 1 Elias mittitur ad Achab. Providentia Dei etiam erga ingratos.
- 2 Abdias dispensator domus Achab, mittitur ad inuestigandam herbam. 6 Achab quarit herbam. 9 Abdias timés vita sua, non vult renuntiare Achab adesse Eliam. 18 Elias missus à Deo confidenter arguit Achab. 19 850 falsi propheta. 21 Elias corripit populum quòd Deo Baalim seruire vellet, ostendens Deum Iſrahel esse verum Deum. 22 Zelus Elie pro Deo. 24 Exaudire per ignem. 27 Irridet Elias Baal. 30 Altare restituit, & offert holocaustum. 36 Oratio Elie. 38 Igne de celo missò qui consumpsit holocaustum, ostendit Deus se verum Deum. 40 Elias interficit omnes prophetas Baal. 42 Impetrat pluuiam. 46 Elias auertit Achab proficiscenti in Iezrahel.
- 1 **E**Lapsis autem diebus multis, verbum Iehouæ fuit ad Eliáhu anno tertio, dicendo, Vade, ostende te ipsi Anháb, & dabo pluuiam super faciem terræ.
- 2 Abiit ergo Eliáhu vt ostenderet se ipsi Anháb: fames autem valida erat in Sumerón.
- 3 Vocauit igitur Anháb Obadiáhu qui erat super domum: (Obadiáhu autem erat timés Iehouam valde.
- 4 Nam quum exterminaret Izébel Prophetas Iehouæ, tulit Obadiáhu centum Prophetas, & abscondit eos quinquagenos in spelunca, pauitque eos pane & aqua.)
- 5 Dixitque Anháb ad Obadiáhu, Vade per terram ad vniuersos fontes aquarum, & ad omnes torrentes, si fortè inueniamus herbam, vt viuos conseruemus equos & mulos, neque priuemus urbem iumentis.
- 6 Partiti sunt ergo sibi terram per quam transirét: Anháb ibat per viam vnam solus, & Obadiáhu ibat per viam alteram solus.
- 7 Quumque Obadiáhu esset in itinere, ecce Eliáhu venit in occursum eius: & quí agnouisset eum, prócidit super faciem suam, & dixit, Annon tu es dominus meus Eliáhu?
- 8 Respódit ei, Sum: vade, dic domino tuo, En Eliáhu adest.
- 9 Et dixit, Quid peccaui quòd tradis seruum tuum in manum Anháb, vt interficiat me?
- 10 Viuit Iehouáh Deus tuus si est gens & regnum ad quod non miserit dominus meus vt requireret te: & dixerunt, Non est. tunc adiurauit regnú & gentem quòd nò inuenisset te.
- 11 Et nunc tu dicis, Vade, dic domino tuo, En Eliáhu adest.
- 12 Eritque, quum à te recessero, rum Spiritus Iehouæ asportabit te ad locum quem non cognoscam: veniá autem vt nuntiem ipsi Anháb, & quum ille te non inuenerit, interficiet me: seruus autem tuus timet Iehouam ab adolescentia sua.
- 13 Nónne renútiatum fuit domino meo quod feci, quum occideret Izébel Prophetas Iehouæ: quòd absconderim ex Prophetis Iehouæ centú viros, quinquaginta & quinquaginta viros in spelunca, & pauit eos pane & aqua?
- 14 Et nunc tu dicis, Vade, dic domino tuo, En Eliáhu: & interficiet me.
- 15 Respondit Eliáhu, Viuit Iehouáh exercituum in cuius còspectu sto, quòd hodie ostendam me ei.
- 16 Abiit ergo Obadiáhu in occursum Anháb, & renuntiauit ei: venitque Anháb in occursum Eliáhu.
- 17 Quumque vidisset Anháb Eliáhu, dixit Anháb ad eum, Nónne tu es ille qui còturbas Iſrahalem?
- 18 Qui respondit, Non còturbauit Iſrahalem, sed tu & domus patris tui, quum dereliqueritis mandata Iehouæ, & ambulaueris post Beyalim.
- 19 Nunc igitur mitte, congrega ad me vniuersum Iſrahalem ad montem Charmél, & prophetas Báyal quadringentos & quinquaginta, prophetas quoque lucorum quadringentos comedentes in mensa Izébel.
- 20 Misit itaque Anháb ad omnes filios Iſrahel, & congregauit prophetas in monte Charmél.
- 21 Et accedens Eliáhu ad vniuersum populum, ait, Quousque tandem claudicatis in duas cogitationes? si Iehouáh est Deus, ire post eú: si verò

verò Bayál, ite post ipsum. Et non respódit ei populus verbum.

22 Rursum dixit Eliáhu ad populú, Ego remansi Propheta Iehouæ solus: Prophetæ autem Bayál sunt quadringenti & quinquaginta viri.

23 Dent itaque nobis duos iuencos & eligát sibi iuencum vnum, quem in frustra concidant, ac ponant super ligna, igné auté nō supponat: ego verò parabo iuécum alterú, quem ponam super ligna, nec ignem supponam.

24 Tum inuocate nomen deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Iehouæ: erit verò, Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Et respondit vniuersus populus, dicens, Bonum est verbum.

25 Dixit præterea Eliáhu ad prophetas Bayál, Eligite vobis iuencum vnum, & parate primúm, quia plures estis: & inuocate nomen deorum vestrorum, at ignem ne supponatis.

E 26 Tulerunt ergo iuécum quem dederat eis, & parauerunt, atque inuocauerunt nomen Bayál à mane vsque ad meridiem, dicendo, Bayál exaudi nos. sed non erat vox, nec qui responderet: & trásiliebant super altare quod fecerant.

27 Quum autem esset meridies, illudebat eis Eliáhu, atq; dicebat, Clamate voce magna, quia Deus est, aut quoniá illi forte est sermo, aut quoniam insequitio est illi: aut quoniam via est illi, vel dormit ipse, & excitabitur.

28 Clamauerunt itaque voce magna, & incidebant se iuxta morem suum cultris & lanceolis, donec perfunderent se sanguine.

29 Fuit autem, quū transisset meridies, & prophetaissent vsquequo offerrent sacrificiú: nulla erat vox, neque qui responderet, aut qui auscultaret.

30 Tum dixit Eliáhu ad vniuersum populú, Accedite ad me. Et accesserunt vniuersus populus ad eum: curauitque altare Iehouæ quod fuerat dirutum.

Gen. 32. f. 28
4. Reg. 17. f.
34

31 Tulitque Eliáhu duodecim lapides, iuxta numerum tribuum filiorú Iayacób, ad quem verbum Iehouæ factum fuerat, Iŵsraél erit nomen tuum.

32 Et ædificauit ex lapidibus altare in nomine Iehouæ: fecitque aquæductum secundum locum duorú satorú semétis in circuitu altaris.

F 33 Parauit deinde ligna, & in frustra concidit iuencum, posuitque super ligna.

34 Et dixit, Implere quatuor hydrias aqua, & effundite super holocaustum & super ligna. Dixit præterea, Iterate. Et iterauerunt. Ait insuper, Tertiò hoc facite. Et tertiò fecerunt:

35 Ita vt fluerent aquæ per circuitum altaris, atque etiam aquæductum impleret aqua.

36 Fuit autem, quū offerri solebat sacrificiú, accessit Eliáhu propheta, & dixit, Iehoua Deus Abrahám, Iŵsrahác, & Iŵsraélis, hodie cognoscatur quòd tu es Deus in Iŵsraele, & quòd ego sim seruus tuus, quòdque in verbo tuo fecerim omnia hæc.

37 Exaudi me Iehoua, exaudi me, & cognoscat populus hic quòd tu es Iehouáh Deus, & quòd tu conuerteris cor eorum retrorsum.

38 Tunc cecidit ignis Iehouæ, ac consumpsit holocaustum, & ligna, & lapides, & puluerem, & aquam quæ erat in aquæductu, linxit,

39 Hoc quum vidisset vniuersus populus, pròcidit in facies suas, ac dixit, Iehouáh est Deus, Iehouáh est Deus.

40 Et ait Eliáhu ad eos, Apprehédite prophetas Bayál, nemo euadat ex eis. Et apprehederunt eos, & deduxit eos Eliáhu ad torrentem Ciŵsón, & interfecit eos ibi.

41 Tunc dixit Eliáhu ad Anháb, Ascende, comedere & bibe: quia sonus multitudinis pluuiæ.

42 Ascenditque Anháb vt comederet & biberet: Eliáhu verò ascédit in verticé Charmél, & prostravit se in terram, posuitque faciem suam inter genua sua.

43 Et dixit ad puerum suum, Ascende nunc, & prospice ad viam maris. Ascédit itaq; , & prospexit, atque ait, Nō est quicquam. Dixit præterea, Reuertere septem vicibus.

44 Fuitque in septima dixit, Ecce nubes parua sicut vola hominis ascendit è Mari. Tunc dixit, Ascende, dic ad Anháb, Liga currum, & descende, ne remoretur te pluua.

45 Et fuit, vsque huc & vsque huc cæli contenebrati sunt nubibus & vento, fuitque pluua magna: conscendit itaque Anháb, & abiit in Izreŵél.

46 Manus autem Iehouæ fuit super Eliáhu, & accinxit lumbos suos, & cucurrit ante Anháb, donec venias tu in Izreŵél.

CAPVT XIX.

1 Izabel persequitur Eliam. 3 Elias fugit Iezabelem. 4 Mori optat Elias. 5 Ab Angelo pascitur. 8 Elia ieiunium. 10 Queritur se solum ex Prophetis Dei relictum esse. 11 Signa Dei aduentus. 15 Iubetur iungere Hazael, Iehu, & Eliseum in vltionem idolatriæ Iŵraél. 19 Eliseus ex agricultura ad prophetiam vocatur à Deo. 20 Eliseus relictis omnibus, sequitur vocantem Deum, ministratque Elie.

1 Renuntiauit auté Anháb Izébel omnia quæ fecerat Eliáhu, & prorsus quòd occidisset omnes Prophetas gladio.

2 Misit itaque Izébel nuntium ad Eliáhu, dicendo, Sic faciant dii & sic addant, nisi hoc tempore cras posuero animam tuam sicut animam vnus ex illis.

3 Quum auté vidisset, surrexit, & abiit secundum animam suam, & venit in Bexer-ŵsebáy, quæ erat in Iehudáh, & dimisit puerum suum illic.

4 Ipse autem perrexit per desertum itinere diei: & veniens sedit subter genistam vnã, & petiuit animæ suæ mori, ac dixit, Sufficit nūc, ó Iehoua: tolle animam meam: non enim melior sum patribus meis.

5 Et recubuit ac dormiuit subter genistam vnã: & ecce, illo ipso tempore Angelus tetigit eum, ac dixit ei, Surge, comede.

6 Quumq; circumspexisset, ecce ad caput eius panis inter prunas coctus, & scyphus aquæ: comedit itaque, ac bibit, & rursum recubuit.

7 Reuersus est autem Angelus Iehouæ secundò, & tetigit eú, ac dixit, Surge, comede, quia longior à te est via.

8 Surgens ergo comedit, & bibit, profectusq; est in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei nHoréb.

9 Et illic subiit in speluncam, & pernoctauit ibi, & ecce verbum Iehouæ ad eum, dixitque

Rom. 11. 4. 3

- ei, Quid tibi hic Eliáhu?
- 10 Qui dixit, Zelando zelatus sum pro Iehoua Deo exercituum: dereliquerunt enim pactum tuum filij Iſrahél, altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio: & remansi ego solus, quæruntque animam meam vt auferant eam.
- 11 Et ait, Egredere, & sta in monte coram Iehoua: ecce enim Iehouáh transit, & ventus grandis, & fortis, subuertens montes, & confringens petras coram Iehoua, non in vento Iehouáh: & post ventum commotio, non in commotione Iehouáh:
- 12 Et post commotionem ignis, non in igne Iehouáh: & post ignem vox tacita, tenuis.
- 13 Quum autem audire cœpisset Eliáhu, operuit faciem suam pallio suo, & egressus stetit ad ostium speluncæ: & ecce ad eum vox quæ dixit, Quid tibi hic Eliáhu?
- 14 Qui respondit, Zelando zelatus sum pro Iehoua Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrahél, altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio: & remansi ego solus, quæruntque animam meam vt auferant eam.
- 15 Dixitque Iehouah ad eum, Vade, reuertere in viam tuam, in desertum Damméssec: quum eò perueneris, vnges Hazakél in Regem super Arám:
- 16 Iehú verò filium Nimſi vnges in Regem super Iſrahél: & Eliſáy filium Saphát de Abel-menholáh vnges in prophetá pro te.
- D 17 Erit autem, eum qui se eruerit à gladio Hazakél, interficiet Iehú: & qui se eruerit à gladio Iehú, interficiet Eliſáy.
4. Reg. 9. 4. 1
Eccli. 4. 8. 4. 8
Rom. 11. 4. 4
- 18 Reseruabo autem in Iſrahèle septem millia: omnia genua quæ non curauerunt sese ipsi Bayál, & omne os quod non osculatum est eum.
- 19 Abiens itaque inde, reperit Eliſáy filium Saphátis autem arabat, & duodecim paria erant ante eum, ipseque erat in duodecimo: & transiit Eliáhu ad eum, proiecitque palliũ super eum.
- 20 Qui relictis bobus cucurrit post Eliáhu, ac dixit, Osculer obsecro patrem meum, & matrem meam, & ibo post te. Cui dixit, Vade, reuertere: quid enim feci tibi?
- 21 Et reuersus est ab eo: post hæc tulit par bouũ, & maceravit illud, & instrumento bouum coxit eis carnes, deditque populo, & comederunt: fur rexque, & abiit post Eliáhu, & ministravit ei.
- CAPVT XX.
- 1 Obsidetur Samaria. 4 Achab desperans submitit se Ben-adad. 13 Prophetam mittit Deus ad Achab, in desperatis rebus promittens salutem. 20 Achab iuxta Dei verbum, vincit Ben-adad, quem conuertit in fugam. 22 Propheta præmonet Achab, rursus Ben-adad præliaturum contra eum. 24 Instaurato exercitu rursus præliatur contra Iſraelem Ben-adad. 28 Propheta annuntiat ipsi Achab victoriã de Syris: & cadit exercitus Ben-adad ob blasphemiam. 31 Ben-adad misericordiam orat ab Achab. 32 Achab non agnosceus Dei victoriã, seruat Ben-adad contra Dei præceptum. 35 Achab sententia sua se ingulat.
- 1 Ben-hadád autem rex Arám congregauit vniuersum exercitum suum, & triginta duo Reges erant cum eo, equi quoque, ac currus: ascendit autem, & obsedit Somerón, & oppugnauit eam.
- 2 Misitque legatos ad Anhab regem Iſrahélis in eam urbem.
- 3 Dixitque ei, Sic dicit Ben-hadád, Argentum tuum, & aurum tuum meum est, vxores quoque tuæ, & filij tui elegantes, mei sunt.
- 4 Et respondit Rex Iſrahélis, ac dixit, Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus sum, & omnia quæ sunt mihi.
- 5 Reuersi autem legati dixerunt, Sic dicit Ben-hadád, dicendo, Mitto ad te, dicendo, Argentum tuum & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos mihi dabis.
- 6 Nisi hoc tempore cras mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, domusque seruorum tuorum: atque ij omne concupiscibile oculorum tuorum ponent in manibus suis, ac tollent.
- 7 Vocauit itaque Rex Iſrahélis, omnes seniores terræ, & ait, Cognoscite obsecro, & videre quòd malũ iste quærat: misit enim ad me pro vxoribus meis & pro filiis meis, & pro argento meo & pro auro meo: & non denegaui ei.
- 8 Dixeruntque ad eum omnes seniores illi, & vniuersus ille populus, Ne pareas, neque acquiescas.
- 9 Dixit ergo legatis Ben-hadád, dicite domino meo Regi, Omnia pro quibus misisti ad seruum tuum initio, faciam: rem autem hanc nõ possum facere. Itaque abierunt nuntij, & re-tulerunt ei responsum.
- 10 Misit igitur ad eum Ben-hadád, & ait, Sic faciant mihi dij & sic addant, si suffecerit puluis Somerón pugillis vniuersi populi qui est in pedibus meis.
- 11 Et respondit Rex Iſrahélis, ac dixit, Dicite, Ne gloriatur accinctus sicut discinctus.
- 12 Quum autem audisset verbum hoc (bibebat enim ipse & Reges in tabernaculis) dixit seruis suis, Admouete instrumenta bellica. Et admouerunt contra ciuitatem.
- 13 Et ecce Propheta quidam accessit ad Anhab regem Iſrahélis, qui dixit, Sic dixit Iehouáh, Nonne vidisti vniuersam multitudinem magnam hanc? en ego trado eam in manu tua hodie: vt scias quòd ego Iehouáh.
- 14 Dixit verò Anhab, Per quem? Ille respondit, Sic dixit Iehouáh, Per pueros principum prouinciarum. Tunc dixit, Quis incipiet bellum? Respondit, Tu.
- 15 Recensuit itaque pueros principum prouinciarum, qui fuerunt ducenti & triginta duo: post quos recensuit & vniuersum populum omnium filiorum Iſrahélis, septem millia:
- 16 Egressi sunt itaque in meridie: Ben-hadád verò bibebat ebrius in tabernaculis, ipse & Reges: nam triginta duo Reges auxiliabatur ei.
- 17 Egressi sunt inquam pueri principum prouinciarum initio: & misit Ben-hadád, & renũtiauere ei, dicendo, Viri egressi sunt de Somerón.
- 18 Tunc ait, Siue pro pace egressi fuerint, capite eos viuos: siue ad bellum egressi fuerint, capite eos viuos.
- 19 Illi ergo egressi sũt de vrbe, nempe pueri principum prouinciarum, & exercitus qui sequebatur eos:
- 20 Et percusserunt quisque virum suum, & fugerunt Arám, persequutusque est eos Iſrahél, & eripuit sese Ben-hadád rex Arám super eum & equites aliquot.
- D 21 Egressus est præterea Rex Iſrahélis, & percussit

- cussit equos & currus, percussitque Arám pla-
ga magna.
- 22 (Accesserat náque Propheta ad Regem Iſ-
raëlis, ac dixerat ei, Vade, esto robustus, & sci-
to ac vide quid facias: in reuersione enim anni
Rex Arám ascensurus est contra te.)
- 23 Serui autem Regis Arám dixerunt ad eum,
Deus mótiū sunt Deus eorum, idcirco præ-
ualuerunt nobis: veruntamen pugnemus con-
tra eos in loco campestri, & uidebis annon præ-
ualebimus eis.
- 24 Et hoc fac, Amoue Reges, quenque è loco
suo, & pone duces pro eis.
- 25 Tu præterea numerabis tibi exercitū iuxta
exercitum qui cecidit à te, & equos iuxta e-
quos, & currus iuxta currus, & pugnabimus
contra eos in campesribus, & uidebis annon
præualebimus eis. Et audiuit vocem eorum,
ac fecit sic.
- E 26 In reuersione igitur anni recensuit Ben-ha-
dád Aramæos, & ascendit in Aphéc ad bellum
contra Iſraëlem.
- 27 Filij autem Iſraëlis recensiti fuerunt, &
inuenti sunt omnes, & abierunt in occursum
eorum: castrametati sunt autem filij Iſraël
eregione illorum tanquam duo parui greges,
Aramæi autem replebant terram.
- 28 Accesserat verò vir Dei, & dixerat Regi Iſ-
raëlis, his verbis, Sic dixit Iehouáh. Propter-
ea quòd dixerūt Aramæi, Deus montium est
Iehouáh, & nò Deus vallium est: dabo vniuer-
sam multitudinem magnam hanc in manum
tuam: vt sciatis quòd ego Iehouáh.
- 29 Castrametati sunt ergo isti eregione illorū
septem diebus: fuitq; die septima còmissum
est prælium, & percusserunt filij Iſraëlis de
Arám centum millia peditum die vna.
- 30 Reliqui verò fugerunt in Aphéc, in vrbē, &
corruit murus super viginti septē millia viro-
rū qui remanserant: Ben-hadád autē fugiens
venit in vrbem in cubiculum quod erat intra cu-
biculum.
- F 31 Dixerunt verò ei serui eius, Ecce nunc au-
diuimus quòd Reges domus Iſraëlis Re-
ges misericordes sint: ponamus obsecro sac-
cos in lūbis nostris, & funes in capite nostro,
atque egrediamur ad Regem Iſraëlis, for-
sitan viuam seruabit animam tuam.
- 32 Cinxerūt igitur saccos in lumbis suis, ac fu-
nes in capitibus suis, & venerūt ad Regem Iſ-
raëlis, atque dixerunt, Seruus tuus Ben-ha-
dád dicit, Viuat obsecro anima mea. Ille ait, Vi-
uitne adhuc frater meus est.
- 33 Viri autem illi more augurum diligēter ob-
seruabant num ab eo: & festinantes accelera-
uerunt, dixeruntque, Frater tuus Ben-hadád.
Et dixit, Ite, tollite eum. Egressus est ergo ad
eum Ben-hadád, & ascendere fecit eum su-
per currum.
- 34 Dixitque ad eum, Vrbes quas tulit pater
meus à patre tuo, restituum, plateásque pones
tibi in Dammésec, sicut posuit pater meus
in ōSomerón. Et ego cum hoc fœdere dimit-
tam te. Pepigit ergo cum eo fœdus, & dimisit
eum.
- 35 Vir autem quidam de filiis Prophetarum
dixit ad proximum suum in verbo Iehouæ,
Percute me quæso. Et renuit vir illē percute-
re eum.
- 36 Tum dixit ei, Propterea quòd non audisti
vocem Iehouæ, ecce recedis à me, & percutiet
te leo. Abiit itaque ab eo, & inuenit eum leo,
qui percussit eum.
- 37 Inuenit præterea virum alterum, cui dixit, G
Percute me obsecro. Et percussit eum vir per-
cutiendo, ac vulnerando.
- 38 Et abiit Propheta ille, ac stetit in occursum
Regi iuxta viam, & mutauit sese cum velami-
ne super oculos suos.
- 39 Quum autem Rex transiret, exclamauit ad
Regem, & ait, Seruus tuus egressus est in me-
diū prælij, & en vir recessit, & adduxit ad me
virum, ac dixit, Custodi virum istum: si deside-
rando desiderabitur, erit anima tua pro anima
ipsius, vel talentum argenti appendes.
- 40 Quumq; seruus tuus ageret hîc & illic, ipse
non fuit. Dixitque ad eum Rex Iſraëlis, Sic
est iudicium tuum, tu definiuisti.
- 41 Et confestim amouit velamē ab oculis suis,
& agnouit eum Rex Iſraëlis quòd de Pro-
phetis esset.
- 42 Dixitque illi, Sic dixit Iehouáh, quia dimi-
sisti virum occisionis meæ de manu, erit ani-
ma tua pro anima ipsius, & populus tuus pro
populo ipsius. *Infrà 22. f. 38*
- 43 Et abiit Rex Iſraëlis in domum suam tri-
stis & furibundus, & venit in ōSomerón.

CAPVT XXI.

3 Naboth vineā suam denegat regi Achab. 4 Tristatur Achab.
5 Impia Iezabelis consolatio. 8 Iezabel submissis falsis testibus
lapidari iubet Naboth. 16 Achab approbat factum à Iezabele
vxoře sua. 19 Elias increpat Achab, prædicens illi mortem.
23 Prædicat & mortem Iezabel. 27 Agit penitentiam.

1 Vit autem post hæc, vinea erat Nabóth Iz-
rexyelitæ, quæ erat in Izrexyel, iuxta æ-
des Anháb regis ōSomerón.

2 Et loquutus est Anháb ad Nabóth, dicendo,
Da mihi vineam tuam, & erit mihi in hortum
olerum: est enim prope & iuxta domū meam,
dabóque tibi pro ea vineam meliorem illa: si
placuerit in oculis tuis, dabo tibi argentum
pretium illius.

3 Respódit Nabóth ad Anháb, Absit mihi à Ie-
houa vt dem hæreditatē patrū meorum tibi.

4 Tum venit Anháb in domum suam tristis
& furibundus propter verbum quod loquu-
tus fuerat ei Nabóth Izrexyelita, dicēdo, Non
dabo tibi hæreditatem patrum meorū, & de-
cubuit super lectum suum, auertitque faciem
suam, neque comedit panem. *B*

5 Veniens autem ad eum Iezabel vxor eius,
dixit ei, Curnam spiritus tuus tristis est, & nò
comedis panem?

6 Qui dixit ad eā, Quia loquutus sum ad Na-
bóth Izrexyelitā, dixique ei, Da mihi vineam
tuam pecunia: aut si tu mauis, dabo tibi vineā
aliā pro ea. is verò respondit, Non dabo tibi
vineam meam.

7 Dixitque ei Iezabel vxor eius, Tūne nunc
faceres regnum super Iſraëlem? surge, co-
mede panem, & iucundetur cor tuum: ego da-
bo tibi vineam Nabóth Izrexyelitæ. *C*

8 Scripsitque literas nomine Anháb, quas si-
gnauit annulo eius, & misit literas illas ad se-
niores & optimates qui erant in vrbe eius, ha-
bitantes cum Nabóth.

9 Scripsit autem in literis talia, Indicite ieiu-
niū, & sedere facite Nabóth in capite populi:
10 Et sta-

- 10 Et statuite duos viros beliiáyal aduersus eū, qui testificentur contra eum, dicendo, Benedixisti Deo & Regi. Postea educite eum, atque lapidate eum, vt moriatur.
- 11 Fecerunt ergo viri vrbe ipsius seniores & optimates qui habitabant in vrbe ipsius, vt miserat ad eos **W** Izébel, quemadmodum scriptū erat in literis illis quas miserat ad eos.
- 12 Indixerunt ieiunium, & sedere fecerūt Nabóth in capite populi.
- D** 13 Venerunt postea duo viri beliiáyal, & sederunt eregione ipsius, ac testificati sunt contra eum viri illi beliiáyal, nempe contra Nabóth, coram populo, dicendo, Benedixit Nabóth Deo & Regi. Eduxerunt ergo eum extra vrbe, & lapidauerunt eū lapidibus, ac mortuus est.
- 14 Post hæc miserunt ad **W** Izébel, dicendo, Lapidatus est Nabóth, ac mortuus est.
- 15 Fuit autem, quum audisset **W** Izébel quòd lapidatus esset Nabóth, ac mortuus esset, dixit illa ad Anhá, Surge, posside vineam Nabóth Izrexyelitæ, quam renuit dare tibi pro pecunia: non enim Nabóth viuit, sed mortuus est.
- 16 Audiens itaque Anhá quòd mortuus esset Nabóth, surrexit ipse, vt descenderet in vineam Nabóth Izrexyelitæ, vt possideret illam.
- E** 17 Tunc fuit verbum Iehouæ ad **W** Eliáhu Thiwšbitén, dicendo,
- 18 Surge, descende in occursum Anhá Regis Iwšraelis qui est in **W** Somerón: ecce est in vinea Nabóth, ad quam descendit vt possideat eam.
- 19 Et loquérís ad eum hisce verbis, Sic dixit Iehouáh, Nonne occidisti, & etiam possedisti? Dices præterea illi hoc modo, Sic dixit Iehouáh, In loco in quo linxerunt canes sanguinē Nabóth, lingent canes sanguinem tuum, etiá tuum.
- 20 Et ait Anhá ad **W** Eliáhu, Num deprehendisti me, inimice mi? Ille respondit, Deprehēdi, quia vendidisti teipsum ad faciendum malum in oculis Iehouæ.
- F** 21 Ecce ego adduco super te malum, & auferá post te, & succidam de Anhá mingentem ad parietē, & clausum, ac derelictū in Iwšraele.
- 4. Reg. 9. b. 8*
Supr. 15. f. 29
Suprà 16. a. 3
- 22 Dabo quoque domum tuam sicut domum Iarobyám filij Nabát, & sicut domū Bayawša filij Anhiáh, propter irritationem qua irritasti, & quòd peccare fecisti Iwšraelem.
- 23 Et etiam super **W** Izébel loquutus est Iehouáh, dicendo, Canes comedent **W** Izébel intra antemurale Izrexyél.
- 4. Reg. 9. g. 33*
- 24 Eum qui mortuus fuerit de domo Anhá in vrbe, comedent canes: & eum qui mortuus fuerit in agro, comedent volucres cæli.
- 25 Veruntamen non fuit sicut Anhá qui vendiderit seipsum ad faciendum malum in oculis Iehouæ, & quem incitauit **W** Izébel vxor eius.
- G** 26 Rem enim fecit abominabilem valde, eūdo post idola, iuxta omnia quæ fecerunt **W** Emoræi quos expulit Iehouáh à facie filiorum Iwšraelis.
- 27 Fuit autem, quū audisset Anhá verba hæc, scidit vestimenta sua, & posuit sacco super carnem suam, ieiunauitque, ac dormiuit in sacco, & ambulauit sensim.
- 28 Fuit autem verbū Iehouæ ad **W** Eliáhu Thiwšbitén, dicendo,
- 29 Vidistine quòd humiliauerit se Anhá à facie mea? propterea quòd humiliauit se à facie mea, non inducam malum in diebus eius: in diebus filij eius inducam malum super domū eius. *4. Reg. 9. f. 26*

CAPVT XXII.

4 Achab petit à Iosaphat suppetias aduersus Ramoth Galaad.
5 400 pseudoprophete consulunt bellum contra Ramoth Galaad.
6 Iosaphat requirit verbum. 8 Micheam vnicum Dei Prophetam odit Achab, quòd vera dicat. 11 Sedecias falsus propheta imitatur veros Prophetas. 14 Propheta Dei, verbum Dei loquitur. 15 Ironia Micheæ, & imitatio pseudo prophetarū. 17 Prædiit dispergendum populum, & Achab occidendum. 20 Deus, opera pseudoprophetarum, seducit interdum eos qui verbum illius oderunt. 24 Percutitur Micheas propheta. 26 Incarceratur Micheas. 29 Achab pugnat contra Ramoth Galaad, iuxta verbum Dei occiditur. 34 Achab moritur. 40 Ochozias rex Israel. 42 Iosaphat pius. 49 Iosaphat mittit in Ophir pro auro. 51 Iosaphat moritur: & Succedit Ioram. 52 Ochozias impius.

- H** 1 Abitauerunt autem tres annos absque bello inter Arám & Iwšraelem. *2. Par. 18. a. 2*
- 2 Fuit autem, anno tertio descendit Iehowšaphát rex Iehudáh ad Regem Iwšraelis.
- 3 (Tum dixit Rex Iwšraelis seruis suis, Scitistne quòd nostra fuit Ramóth Gilyád, & nos tacemus à recipiendo eam de manu Regis Arám?)
- 4 Et ait ad Iehowšaphát, Veniesne mecum ad prælium contra Ramóth Gilyád? Respondit Iehowšaphát Regi Iwšraelis, Sicut ego, sic tu: sicut populus meus, sic populus tuus: sicut equi mei, sic equi tui.
- 5 Dixit præterea Iehowšaphát Regi Iwšraelis, Require obsecro hodie verbum Iehouæ.
- 6 Congregauit itaque Rex Iwšraelis prophetas, ferè quadringentos viros, dixitque ad eos, Iréne debeo in Ramóth Gilyád ad prælium, an quiescam? Et dixerūt, Ascende: nam traderet eam Dominus in manum Regis.
- 7 Dixitque Iehowšaphát, Estne hic Propheta Iehouæ vltra, vt inquiramus ex eo?
- 8 Et ait Rex Iwšraelis ad Iehowšaphát, Adhuc est vir vnus, vt inquiramus Iehouam ab eo: sed ego odi eum, quia non vaticinatur mihi bonum, sed malū, Micháiehu filius Imlá. Dixitque Iehowšaphát, Ne dicat Rex ita.
- 9 Vocauit itaque Rex Iwšraelis eunuchum quendam, & dixit, Festinare fac Micháiehu filium Imlá.
- 10 Cæterum Rex Iwšraelis, & Iehowšaphát Rex Iehudáh sedebant, vterque super solium suum, induti vestibus in area ad ostium portæ **W** Somerón, vniuersique prophete prophetabant ante eos.
- 11 Fecerat autem sibi **W** Sidciah filius Chenayáná cornua ferrea, ac dixit, Sic dixit Iehouáh, His feries Aramæos, donec consumas eos.
- 12 Omnes quoque prophete prophetabant similiter, dicendo, Ascende in Ramoth Gilyád, & prosperè ages: nam traderet eam Iehouáh in manum Regis.
- 13 Porrò nuntius qui iuerat ad vocandum Micháiehu, loquutus est ad eum, dicendo, En nūc verba prophetarum ore vno bonum annuntiant Regi: sit quæso verbū tuum sicut verbū vnus ex eis, & loquere bonum.
- 14 Tum dixit Micháiehu, Viuit Iehouáh, quòd quicquid dixerit Iehouáh mihi, illud loquar.
- 15 Quum ergo venisset ad Regē, tunc dixit Rex ad eum, Micháiehu, iréne debem⁹ in Ramoth Gilyád

- C** Gilyád ad bellū, an desistere? Is verò dixit ad eum, Ascende, & prosperè ages: nā tradet eam Iehouáh in manum Regis.
- 16 Dixitque ad eum Rex, Vsq̄ue ad quot vices ego adiuro te ne loquaris mihi nisi veritatem, in nomine Iehouæ?
- 17 Tūc ait, Vidi vniuersum Iŵsrahelem dispersum super montes, velut oues quibus nō erat pastor, dixitq; Iehouáh: Nō sunt domini istis: reuertatur quisque domum suam in pace.
- 18 (Et ait Rex Iŵsrahelem ad Iehowſaphát, Annon dixeram tibi quod non vaticinaretur mihi bonum, sed malum?)
- 19 Rursus ait, Idcirco audi verbum Iehouæ, Vidi Iehouam sedentem super folium suum, atque vniuersum exercitum cęli assistentem illi à dextera eius & à sinistra eius.
- 20 Dixitque Iehouáh, Quis decipiet Anháb vt ascendant, & cadat in Ramóth Gilyád? Et dixit iste sic, & alter dicebat sic.
- 21 Tunc egressus est spiritus, qui stetit coram Iehoua, & ait, Ego decipiam eum. Iehouáh verò ait ad eum, In quo?
- D** 22 Respondit, Egrediar, eróque spiritus mendacij in ore omnium prophetarum eius. Dixit ergo, Decipies, & etiam præualebis: egredere, & fac ita.
- 23 Nunc ergo en dedit Iehouáh spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum istorum, & Iehouáh loquutus est super te malum.
- 24 Tunc accessit Sidciahú filius Chenayánáh, & percussit Micháiehu in maxillam, ac dixit, Quando transiit Spiritus Iehouæ à me, vt alloqueretur te?
- 25 Respondit Micháiehu, Ecce, videbis die illo quo ingredieris de cubiculo in cubiculum vt abscondas te.
- 26 Ait itaque Rex Iŵsrahelem, Tolle Micháiehu, & reducito eum ad Amón principem vr̄bis, & ad Ioáws filium Regis,
- 27 Dicésque, Sic dicit Rex, Ponite hunc in domo carceris, & cibate eum pane arcto, & aqua arcta, donec veniam in pace.
- 28 Dixit autem Micháiehu, Si reuertendo reuersus fueris in pace, non est loquutus Iehouáh per me. Præterea dixit, Audite populi omnes.
- 29 Ascendit itaque Rex Iŵsrahelem, & Iehowſaphát rex Iehudáh in Ramóth Gilyád.
- 30 Dixitq; Rex Iŵsrahelem ad Iehowſaphát, Mutabo meipsum, & ingrediar bellum, tu verò indue te vestibus tuis. Et mutauit sese Rex Iŵsrahelem, ingressusque est bellum.
- E** 31 Rex autem Arám præcepit principibus currum qui erant sibi, triginta duobus, dicēdo, Ne pugnetis neque cum paruo, neque cū magno, præterquam cum solo Rege Iŵsrahelem.
- 32 Fuit autem, quum vidissent principes currum Iehowſaphát, dixerunt, Certè Rex Iŵsrahelem est. Et declinauerunt contra eum vt pugnarent: tum exclamauit Iehowſaphát.
- 33 Quum verò vidissent principes currum quod non esset Rex Iŵsrahelem, reuersi sunt ab eo.
- 34 Quidam autem iaculatus est arcu in simplicitate sua, & percussit Regem Iŵsrahelem inter iūcturas & lorica: dixitque aurigæ suo, Ver-
- te manum tuam, & educ me de castris, quia vulneratus sum.
- 35 (Incaluerat autem prælium die illa: Rex autem consistebat in curru eregione Aramæorum,) & mortuus est vesperi, defluebátq; sanguis plagæ in sinum currus.
- 36 Et transiit vox præconis per castra quum occubuit sol, dicendo, quisque reuertatur in urbem suam, & quisque in terram suam.
- 37 Mortuus est inquam Rex, & deportatus in ŵSomerón, sepelieruntque Regem in ŵSomerón.
- 38 Quidam autem lauit currum in piscina ŵSomerón, & linxerunt canes sanguinem eius, & arma lauerunt, iuxta verbum Iehouæ quod loquutus fuerat.
- 39 Reliquum autem verborū Anháb, & quæcunque fecit, domus quoque eburnea quam ædificauit, & omnes vr̄bes quas ædificauit, nōne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iŵsrahelem.
- 40 Dormiuit itaq; Anháb cum patribus suis, & regnauit Anhaziáhu filius eius pro eo.
- 41 Porro Iehowſaphát filius Aolá regnauit super Iehudáh anno quarto Anháb Regis Iŵsrahelem.
- 42 Iehowſaphát verò trigintaquinque annorum erat quādo regnare cœpit, & viginti quinque annis regnauit in Ierusaláim, nomen autem matris eius erat Azubáh filia ŵSilnhi.
- 43 Ambulauit autem in omni via Aolá patris sui, nec declinauit ab ea, faciēdo quod rectum erat in oculis Iehouæ.
- 44 Veruntamen excelsa non remouerunt, adhuc populo immolante & suffiente in illis excelsis.
- 45 Pacem quoque fecit Iehowſaphát cum Rege Iŵsrahelem.
- 46 Reliquum autem verborum Iehowſaphát, & robur eius quod fecit, & quo pugnauit, nōne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iehudáh?
- 47 Et reliqua scorta mascula quæ remanserát in diebus Aolá patris sui, expulit è terra.
- 48 Porro Rex nullus erat in Edóm, præfectus erat Rex.
- 49 Iehowſaphát fecit naues Tharŵſws, vt irēt in Ophir pro auro, & non iuerunt, quia contractæ sunt naues in Exsion gáber.
- 50 Tunc dixit Anhaziáhu filius Anháb ad Iehowſaphát, Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit Iehowſaphát.
- 51 Dormiuitque Iehowſaphát cum patribus suis, sepultusque est cum patribus suis in Ciuitate Dauidis patris sui, & regnauit Iehorám filius eius pro eo.
- 52 Anhaziáhu filius Anháb cœpit regnare super Iŵsrahelem in ŵSomerón anno decimo septimo Iehowſaphát regis Iehudáh, & regnauit super Iŵsrahelem duobus annis.
- 53 Fecitque malum in oculis Iehouæ, ambulauitque in via patris sui, & in via matris suę, atque in via Iarobyám filij Nebát, qui peccare fecit Iŵsrahelem.
- 54 Seruiuitque Bayál, & adorauit illum, atque ad iracundiam prouocauit Iehouam Deum Iŵsrahelem, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

F
Supr. 21. c. 21

G